20K. 10-Q-4

ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

294-10-C-7/1

FIDES BOHEMO-PALATINA

PRO

FERDINANDO II.

AVSTRIACO, BOHEMICO, HVNGARICO, GERMANICO:

CONTRA

FRIDERICI COMITIS PALATINI &c. DECLARATIONEM *PVBLICAM:*

Cur Regni Bohemiæ, annexarumque Prouinciarum Regimen in ſe ſuſceperit.

Cui adiecta

MANTISSA,

Aduerſus

BREVEM CAVSARVM CONIECTIONEM:

Quibus moti Status Regni Bohemiæ & Incorporatarum Prouinciarum, non admiſſo FERDINANDO *&c. ad Noui Regis* ELECTIONEM *ceſſerunt.*

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

AVCTORE

VALENTINO CAESARIO AVSTRIACO.

Acceſſit adhæc

SACRAE CAESAREAE, ET HVNGARiæ, Bohemiæque Regiæ Maieſtatis, *Edictalis Caſſatio & annullatio,* cum annexa Reſeruatione contra prætenſam, de facto vſurpatam & ipſo iure nullam Electionem & Corônationem in Regno Bohemiæ.

Viennæ Auſtriæ

Anno Salutis redemptæ M. D. C. XX.

Digitized by Google

Digitized by Google

CATHOLICIS EVRO-PAEIS IMPERATORI, REGIBVS, ELECTORIBVS, DVCIBVS PRINCIPIBVS:

Dynaſtis omnibus.

SApientum Græcorũ Princeps, aut principi proximus SOLON (apud Stobæum) interrogatus, quomodo, ne qua vlli in ciuitate fieret iniuria, caueri poſſet; *Si tam indignentur*, inquit, *& commoueantur illi, quibus non ſit, quam quibus ſit iniuria.* quod apophthegma dum ruminor, hac occaſione, videor intelligere, cur Plato ſuæ Reipublicæ ciues vehementes eſſe voluerit, nempe vel emendandis, vel tollendis malis, quæ priuatam publicamque ciuium incolumitatem euertũt; quæ tota eſt in hac noſtra Societate, certis legibus inſtituta, non tantum ad vitæ huius tranquillitatem, ſed Dei quoque gloriam. quam vitæ ſocietatem, quæque ex

iſta eſt, vnitatem ſeu vitalitatem, illos tollere, pro virili, dicimus, qui, vt commodum ſuum, à publico ſegregatū habeant, nihil penſi habent; quique non iſto affectu, in communem ſalutem conſulunt; vt hoſtibus boni publici hoſtes eſſe cupiant. Leges naturæ, gentium, præter ciuiles, dictant, hoc quod ſinguli ſumus, quod res ſunt, facultateſque noſtræ, illud totum deberi vitæ Societati: nec alio modo nos (qui ſinguli inermis ſanguis, præda, victima beluarum; quibus non tantum in ſui tutelam, in illa vita ſegrege, ſat eſt roboris; ſed etiam ſat armorū ferociæque ad inuaſionem ac prædam:) rerum ac dominiorum potiri, quam mutuorum officiorum conſociatione: quam qui diducit diſiungitque non tantum in illam vitæ communis vnitatem, ſui conſeruatricem ingratus, ſed etiam ſuæ & alienæ ſalutis deſertor eſt, hoc ipſo quod hoſtes ſocietatis illius, pro virili, non perſequitur. Hinc illa Metelli vox æternitate digniſſima; qui cum tribunitijs furoribus, vt eſt apud Plutarchum, etiam cum ſummo periculo, ſe obijceret, *Bene agere ſine periculo*, inquit, *vulgare eſt: proprium verò boni viri, vel cum periculo*. Qua voce, vti ſigno dato, ex Arce

ſalu-

Salutis Publicæ, excitatus ſum de repente aduerſus flagrionem neſcio quem, qui libro famoſo nuper, ſub nomine Friderici Comitis Palatini, in Imperatorem FERDINANDVM, ea animi petulantia graſſatus eſt, vt illi parem non viderint aliquot ſæcula. Non ſatis illi eſt dicere, quod Ferdinando placuerit *nouum Regimen & gubernationis exordia vi & armis auſpicari; leges Regni (Bohemiæ) fundamentales, priuilegia Prouinciarum, eorumque obſeruationem, cui vni verum obligationum omnium fundamentum innitatur, ſuſque deque habere, aut plane ſecludere. Prouincias quæ Libera Electione ab antiquo gaudent, veluti hæreditarias, aut bello captas, opprimere & ſubiugare; ac ſpecie & prætextu in paucos quoſdam noxios animaduertendi, tot innocentium myriadas bello acerbiſſimo affligere* &c. ſed etiam quod ipſe Ferdinandus *conditionibus non ſteterit; ſed IVRAMENTVM ſtatibus præſtitum, & Reuerſales Prouincijs à ſe datas MVLTIFARIAM VIOLAVERIT: quin imò, viuo adhuc Cæſare Matthia, non tantum faſcibus Regni ſeſe immiſcuerit; verum etiam cum viuo tum longè magis mortuo Cæſare, harum Prouinciarum hoſtem ſeſe declarauerit: idque eo fine potiſſimum, vt Chriſtianam Euangelicam Religionem in ijſdem Prouincijs eradicare, ſtatus Regni & Incorporatarum Prouinciarum, libera Regis electione, vt & alijs Priuilegijs exuere, & ſub iugum Hiſpanicum mittere poſſet &c. Item quod ſtatim atque Prouincias ſuas Auſtria-*

Digitized by Google

cas poſsidere cepit, Euangelicos Chriſtianos vehementiſsimè perſecutus ſit, eoſque ſine diſcrimine è Prouincijs ſuis exterminauerit, imò & in mortua corpora crudelius quàm hominem decuit, ſæuierit, eademque effodi fecerit. Item, *quod non tantum placuerit Ferdinando,* (viuo Cæſare Matthia,) *nulla vrgente neceſsitate, in Regnum Bohemiæ atque eius incolas, magnũ exercitũ immitti &c.* ſed etiam quod ipſe, à morte Matthiæ, *longè peius, quam viuo eodem Cæſare, non tantum in Regnum illud, ſed & in Marchionatum Morauiæ, ferro & flamma ſæuire fecerit, ſine vlla commiſeratione teneræ vel decrepitæ ætatis, virilis aut fœminei ſexus: quin & innocentiſsimorum infantium, & in vtero matrum adhuc deliteſcentium embryonum. Denique quod perfidos Patriæ proditores, à quibus iſthac calamitas promanarit, viciſsim per litteras, Vicarios ſuos deſignarit &c.*

Hæc qui auditis, non tantum Catholici, ſed & Auguſtanæ Confeſſionis Proceres, (quibus cum pax eſt inita, in Imperio, circa Religionis diuerſitatem;) an non abunde cauſarum vobis eſt, vt totis animis Caluinianos, ceu exitioſiſſima prodigia ac teterrimas Reipublicæ Chriſtianæ peſtes deteſtemini? Non poſſum hic detrectare, pro bono Patriæ, iſtam officij partem, quam viri proceres ac primates ſæpe obiuerunt pro ſalute Reipublicæ, qua ſtilo ſaltem illos, ad reddendam actio-

ſtionum ſuarum rationem, hac tem-
eſtate, euocem; qui eadem illa con-
dentia ac machinis, quibus veritatem
Catholicæ fidei, auctoritatem vniuer-
alis Eccleſiæ, exiſtimationem ſanctiſ-
imorum doctiſſimorumque Patrum
ubuertere cœperunt, nunc Supremum
Magiſtratum Politicum iam diu ten-
ant. Videtis, inquam, illos, quorũ religio-
em nefariam extra fines Imperij pro-
cripſiſtis, quod cuniculis, per quin-
uaginta annos circiter, occultè actis
noliti ſunt, illud palam nunc aggreſ-
os, vt religionem vtramque, ANti-
quam dico, & Auguſtanam Catholi-
orum ac Proteſtantium, (quorum cõ-
iuentia, vel, vt verius dicam, mutua
iffidentia in iſtam potentiam atque au-
aciam ſuccreuerunt iſti Sacramentarij,
Zvvingliani ſiue Caluiniani,) opprimãt,
rofligentque. Quem in finem, nuper
Bohemiam, id eſt ſtomachum Imperij
occuparunt: quo niſi deijciantur, de cęte-
is Imperij membris actum eſt; & imus
d præficas Germaniæ: Deijcientur, niſi
vos animum deijciatis aut abijciatis, Im-
perij Proceres. & qui factus eſt FrIDerI-
CVs AntIreX BoheMIæ, breui nõ erit; &
d Spartã ſuã excolendã reijcietur. Signũ
(;) 4 enim

enim optimè ſperandi de Republica hoc ipſo extuliſtis, quod admirabili planè conſenſu legiſtis, ſalutaſtis Regem Imperatoremque Romanorum Ferdinandum II. qui talis eſt, vt ab omnibus legi debuerit, & ex omnibus, ad Remp. Germanorum hoc tempore capeſſendam. qui talis, inquam, (quod non profiterer, niſi verum eſſe cōſtaret, & vos, Proceres, melior ac maior pars Europæ, libēter audiretis:) vt & omnibus anteponi meruerit, & ab omnibus, non ad pręſentia modo, ſed & futura rerū momenta. Nihil enim eſt, (coram vobis dico, quibus parum certa affirmare nefas ſit:) quod vel à natura, vel à virtute, vel à fortuna deſiderari poſſit, quod cumulatiſſimè non videatur aſſecutus. Religio, Iuſtitia, clementia, temperantia, animi magnitudo, liberalitas, placabilitas, innocentia, voluptatum abſtinentia, virtutes omnes imperatoriæ in illo vno ſic elucent, vt deſiderari maiores nequeant: imò verò futuræ eſſent prorſus incredibiles, niſi ex illa familia eſſet, qua nulla vnquam fuit Imperatorum Regumque fœcundior. Quo nomine gratulatur meritò, Principes Electores, vobiſcum

cum

Digitized by Google

:um ſibi, & ſecum vobis, non mo-
lo Germania, ſed Chriſtianus or-
bis vniuerſus, quod eum Principem,
quem vt certatim omnes boni effla-
gitabant, ſic non Germaniæ vnius,
ſed totius Orbis Chriſtiani, ac diui-
ni humanique iuris perduelles ode-
ant maximè, & vobis legere, &
ibi habere contigerit. Ad fortunam
quod attinet illius Principis, quid
mirum ſi qui operam dederunt ex-
tremam, vt aduerſa illi tempora
quædam inijcerent? Dabis veniam
mperator Auguſte, pro ſumma tua
enignitate, vt de TE paucis TIBI
ceat. Poſtrema hæc Bohemorum
Jungarorumque defectio, non in ali-
m finem à diuina Prouidentia (quod
mihi exprimit tua Pietas:) aptabi-
ır, quàm vt inde fias maior atque
ıguſtior. Amat te Fortuna, amat
Deus fortunæ illius tuæ director; quia
on indulgenter te habet Nouum
nperatorem: ſed exercet, ſed ia-
tat, per hæc incommoda, per labo-
es, per ærumnas; ne felicior quam
maior ſis Imperator. feciſſent Te qui-
em Felicem res ſecundæ; at Mag-
ım facere, niſi aduerſæ, nullæ po-

tuerunt. Illuſtrabitur Maieſtas tua, per iſtam perfidiam, qua petita eſt. Tentari illam & produci ſic expedit. Nec enim intelligeremus quanta eſſet virtus Tua, ni ſcelera eſſent, quæ illam ſic laceſſerent. Qui ſic incurrunt, malo ſuo ſe vires exeruiſſe, & quicquid fraudum eſt effudiſſe, damno proprio & exitio ſentient. non enim tam in TE, quam in Cœlum ſic inſaniunt. *Domini nutu diſſipatum eſt conſilium Achi-tophel vtile, vt induceret Dominus ſuper Abſolom malum.* Conſilium illud Archi-tophel, Palatini, de prorogandis Electoralibus Comitijs, diſſipauit Deus, ac nutu eius Tu Imperator deſignatus es, in confuſionem perduellium. Cum Semei Dauidem virum ſecundum cor Dei, conuicijs proſcinderet ac virum Belial diceret, ac lapides, è iugo montis Bahurim in illum iaceret, pulueremque ſpargeret; reſpexit Dominus afflictionem Regis, *& reddidit illi bonum pro illa maledictione.* ac mox *iudicauit pro ipſo Dominus de manu omnium, qui ſurrexerant contra eum.* Idem vt tecum fore auguremur, Imperator Clementiſſime, cogit nos tua Pietas. Quia ex montibus illis

llis Bahurim, id eſt, Bohemicis non
nus Semei canis te allatrat, ruina il-
is à manu diuina incubat. nec Palati-
us ille à caſu ſeruabit: qui in præci-
itio ipſe ſtat, & in lapſum pronus
ſt, vti ſolent omnia, quæ ſine fun-
lamentis creuerunt. Vt electio tua
rorſus diuina fuit, non Septemui-
ali deliberatione, nec ſuffragiorum
uc illuc nutantium trutina, ſed
iſtinctu impetuque mirabili hono-
is Imperialis apex dilatus eſt; ſic
eliqua erunt; quæ ad ſuſtinendam Gen. 15. v.
elati iſtius Imperij facient auctori- 16.
atem ac ſtabilimentum. Et iam Ioſue, 10.
npletas eſſe credimus iniquitates
morrhæorum, aut propediem im-
lendas? ac Deum optimum Maxi-
num publicæ vice comprecamur ob-
eſtamurque, vt reſtitutis omnibus in
ntegrum, quæ inteſtinis illis diſ-
entionibus ac rebellionibus lu-
ata ac conuulſa ſunt, ſub TE
rincipe optimo, Germania, cum
ircumuicinis Prouincijs, in op-
mum ſtatum reducatur; adeo
t neque vos Imperij Electores
Maiorem Feliciorem que Auguſtum
illum

Digitized by Google

illum veſtrum, neque Ille Auguſtus veſter florentiores ſuos Electores deſiderare poſſit; ſicuti ego illud cum meliori ac maiori Orbis Europæi parte voueo. Idibus Februarij M.DC.XX. Viennæ Auſtriæ.

Valentinus Cæſarius
Auſtriacus.

Digitized by Google

IDES BOHEMO-
PALATINA.

Lector æquanimis.

EX Belgio, Hiſpanijs, Gallijs, ad Germanos reuerſo, vir antiqua virtute ac fide, legendum mihi dedit libellum, hoc titulo; *Friderici Dei gratia Bohemiæ Regis, Co- is Palatini Rheni, Electoris &c. Declaratio publi- Cur Regni Bohemiæ annexarumq́ Prouinciarum imen in ſe ſuſceperit. Anno 1619.* cũque is ſciret, in Aula Imperatoris Matthiæ (cuius anima o Beatorum gaudeat) cum Pragæ, tum nnæ, biennium exegiſſe; Coronationi Bo- icæ, Hungaricæq́; Sereniſſimi Ferdinandi Romanorum Imperatoris interfuiſſe, nõ- isq́ue rebus arcanis adhibitum &c. hoc mi- edit negotij, vt quale quale ſcriptum illud is examinarem; immo refutandum mihi m ſumerem. Cui ego; ex recenti itinere, nimio me imparatum eſſe, & nonnulla in- nenta deſiderare, quorum hîc nulla mihi a. nihilominus, pro aſſerenda rei veritate, tum eius memoria poſſem repetere, ex- s etiam chartulis quibuſdam, quas in bul- neraria haberem, depoſiturum, cum ſar- a veluti mea, ſtrictim, quod *Declarationi* e iſti refellendæ videretur idoneum. Ad as *deslarationis* progreſſus, libellum in-

uenio, quē ſi famoſum dixero; parū dixiſſe me boni arbitrabuntur iudices, in quos cōpromitto, nec dico tantū Catholicos hic arbitros, Arbitrium penes Lutheranos eſto, quales habet Saxonia; quib. cū pax ſtare in Imperio, ac priſca Germanorum fiducia reſtabiliri poteſt. Dicam vna linea; tale ſcriptum eſt, vt vel iniuſſu Palatini Principis vel eodem prorſus inſcio ſit editum, ab Archilocho quodam inſulſiſſimo, Aulæ ſuæ palatino, qui ex diſciplina Parei ſit, aut congeneris cuiuſdam Prædicantis ſchola. Quare hoc, quicquid erit amentatæ, vehementioriſque interdum dictionis, non in Palatinū Principem ſtrictum volo, (ſuper quo ſolennē in modum hic proteſtor;) quem, vti ego de virtutibus multis illius accepi, in multis, mea laude maiorem habeo; ſed in illum, quem dixi, Archilochum rediuiuum: qui neſcio an ſibi ipſi, maledicentia parcat; hoc auſim ſcire, non illa ingenuitate hominem fore, quâ fuit Archilochus olim; qui victus aliquando vi veri, ab aduerſario, liberè dixit; τέττιγα τοῦ πτεροῦ συνείληφας: ſeipſum autem vocabat à garrulitate τέττιγα, hoc eſt cicadam. Penes te, lector, quem dixi arbitrium eſto, ſtrinxerimne dictionem, ceu gladium, aliter quàm ad inculpatam tutelam veritatis, ac nunquid, in tali cauſa, liceat ferri aliquid cudere litterarij. Quam rem aggredienti, ex re fore viſum fuit, periodos omnes contextumque *declarationis* iſtius integrū exſcribere, ac ſuū cuiq; periodo Elēchū ſubiūgere vel opponere, in cauſa bona Auſtriaca Imperatoria, aduerſus fidē, nō dico Punicā, ſed Bohemo-Palatinā: (ita ſcriptū illud nomino;) cuius hic eſt titulus: *Fri-*

Cicadam alâ tenes.

IDERICVS DEI GRATIA REX Bohemiæ, Comes Palatinus Rheni, Elector, Dux Bauariæ, Marchio Morauiæ, Dux Sileſiæ, Marchio Luſatiæ, &c.

IVERSIS ET SINGVLIS ORBIS iſtiani Regibus, Electoribus, Ducibus, Principibus, nitibus, Baronibus, Nobilibus, cæteriſque cuiuſ-unque ordinis & Conditionis, officioſam ſalutem, & propenſam gratiam.

ELENCHVS.

I ius violandum eſt, imperij gratia violandum eſt, ait ille: in cæteris fidem ſerues licet. ohonſus Rex olim inter Iouem, Neptunum Plutonem aiebat omnium rerum partitionẽ tam eſſe trifariam; & horum vnumquemq; ſorte contentum eſſe: at inter homines, neiem ſua portione acquieſcere. Si Comitis atini ſcriptum illud eſt, quod dixi, non vii; conſcientia ſuſpicioſum illum; imò timiſculũ videtur habere; eo quod tam ſollicitè ũ ſuũ conatur purgare: quo ipſo famã magis videtur attendere, quã conſcientiam; ſicut m pleriq;, hanc verò, vt ait Seneca, pauci ẽtur. famã, hîc initio, (quę, vti ex eodẽ Sapie ſcimus, ſæpe falli poteſt;) nõ appello; ſed iſcientiã, quæ nũquã fallitur. An hac nihil rſus repugnãte, Palatinus ſe, coram vniuerorbe Chriſtiano, poteſt ſcribere Regẽ Boiiæ, Dei gratia? Ex Caluini Stoa blaſphema qua traditur: *homines nihil efficere, niſi arcano nutu, nec quicquã deliberãdo agitare, niſi ꝙ ipſe iam*

Panorm. de reb. geſt Alph

Frid. Comes Pal. vſurpator coronæ Bohemicæ; non Dei gratia, ſed permiſſione; Bohemorũ verò perfidia ac deſperatione.

Digitized by Google

Calu. l. 1. inſt. c. 18. *iam apud ſe decreuerit.* Item; *quicquid agitent homines, vel Satan ipſe, Deum tamen ad clauum ſedere.* Item; *dici quod Satanas excæcet mentes hominum; ſed non aliunde hoc, quam quod à Deo ipſo manet efficacia erroris:* Item, *Abſolonis deteſtabile ſcelus, quo patris thorum, inceſto coitu, polluit, Dei opus eſſe.* Item; *fures & homicidas & maleficos, diuinæ eſſe prouidentiæ inſtrumenta, quibus Dominus ipſe, ad exequenda, quæ apud ſe conſtituit, iudicia vtatur;* &c. quibus poſitis; omnia illa, quæ coniurati Bohemi, Anno 1618. potiſſimum, ductu Comitis à Turre fecerunt, de quibus infra copioſius, ipſius Dei ſunt opera. ac per ſequelam neceſſariam, Fridericus Comes Palatinus, velitis iubeatis Quirites, Rex eſt Bohemiæ, non tantum Dei gratia; ſed etiam ex abſoluta neceſſitate, quæ illi iniecta eſt, Dei ordinatione; ſecundum Caluiniſticum hoc Fatum & effatum; quo ſtatuitur; *fruſtra de præſcientia Dei litem moueri, vbi conſtat ordinatione potius & nutu omnia euenire.* Sed moroſiores ſunt Catholici, quàm vt hoc perſuaderi ſibi patiantur, & ex Dauide aliud oraculum producunt; *Non Deus volens iniquitatem tu es:* Item illud alterum; *Odio eſt Deo impius & impietas eius;* cum ſexcentis alijs. Imò vero ijdem Catholici, pro antiqua ſua virtute ac fide, Caluiniſtas reos habent, ex ipſo Caluino; vbi ait; *etſi nequeant reprobi euadere peccandi neceſſitatem, quæ illis injicitur ex Dei ordinatione; tamen negat illos ritè inde excuſari.* Ideoque non deſinunt illos accuſare. & quia ijdem, pro candore illo, quem æuo Apoſtolico non indignum præ ſe ferunt, credunt Deum adeo bonum eſſe, vt non ſolum mala

L. 1. Inſt. c. 17. §. 5.

li. 3 Inſt. §. 6.

Pſalmo 5.

Sap. 4.

l. 3. Inſtit. 29.

Digitized by Google

la deteſtetur; ſed etiam quando præuidet *Geneſ 50.*
minem mala operaturum, velit mala illa in
num vſum conuertere, ex Ioſephi hiſtoria:
o firma ſpe ducuntur; quod Deus illam Bo-
norum perfidiam, vt omnis mali vltor non
tor, vindicaturus, & facinus illud Palatini,
od in Imperatorem, ſuum Magiſtratum ac
minum legitimum, admiſit in bonum fi-
n conuerſurus ſit. Quod ego quidem breui
e auguror. Hoc enim æuum eſt, quo vel
leta eſt Caluiniſtarum iniquitas, vel breui
nplendam eſſe certum eſt, in Imperio Ger-
iico, quod hactenus euerſum iuerunt. Non
n Lege diuina, ſed Naturæ ipſius. Nunquid
vellet idem fieri Palatinus, quod fecit Im-
atori Ferdinando? Conſcientia vbi es? tu-
rſitan poſſis eſſe; ſecura non eris. Væ vo-
Palatini, à quorum conſilijs pependit, iſta
e florenti, Princeps veſter, ad magna qui-
natus, ſed non ad imperium, viuo Ferdi-
do. monuiſſe debuiſtis, vt ab alienis titulis
ineret;

Ne ſi forte ſuas repetitum venerit olim *Horat. Aquilam innuo.*
Rex auium plumas, moueat cornicula riſum.

Eges, Principes, populi Chriſtiani erunt,
quibus factum illud probabitur? Magna *niſi fiat alium ab illo, quem ſe oſtēdit in libris ſuis.*
rope communis eſt bonorum, de Magnæ
āniæ Regis iuſtitia & ęquitate exiſtimatio,
d & ipſe Generum ſuum damnet hoc no-
e, ſi non expreſſè, at ſaltem tacitè. Sed, à
ia Dei, ad gratiam Palatini deſcendimus,
propenſam offert, cuiuſcunq; etiā ordinis
onditionis hominibus, quæritur an etiam
tis? quod ſi foret, vteretur fueretur illâ, ni

 fallor,

Digitized by Google

fallor. confeſtimq́ poſtliminio repetitum venirent Templa, Collegia Bibliothecas & alia, quibus, per ſacrilegium, ſpoliati ſunt.

Fides Bohemo-Palatina.

NOn dubitamus, tam intra quàm extra S. Romani Imperij terminos notiſsimum eſſe omnibus, in quanta pericula & miſerias antiquiſsimum iuxta & laudatiſsimum Bohemiæ Regnum, ſacrique Romani Imperij Membrum præcipuum, non ſolum cum annexis ſuis, ſed & alijs Prouincijs finitimis inciderit; quàm immanes perſecutiones, cædes, latrocinia, vaſtationes, hucusq; ſint exercitæ, cum tãta Chriſtiani ſanguinis tamq; deteſtabili & prodiga effuſione, vt nec ab innocenti lactentium & infantium ſanguine ſit temperatum; matronæ, virgines, cuiuscunq; conditionis ad ſtupra promiſcuè ſint abreptæ; ac nullum non inauditæ turpitudinis & immanitatis genus, quod vel extrema Barbaries perhorreſcat, hactenus patratum fuerit. Quarum calamitatum, & quæ ex ijs oriri poſſent vera origo ſi requiratur, eam tam experientia, quàm euidentiſsimis documentis hactenus ita comprobatam ſperamus, vt ipſos etiam notiſsimos turbarum harum coryphæos, qui Principum animos malitioſe concitando & exaſperãdo, periculorum quæ ob oculos ſunt, & damnorum vnica cauſa extiterunt, in cordibus & cõſcientijs ſuis ſufficienter conuictos eſſe, nulli dubitemus.

Elenchus.

DE Rhetore quodam Paſſieno accepimus; quod peſſimè exordiri, narrare mediocriter, perorare autem ſolitus ſit egregiè. cõtra huic paraſitaſtro qui Prædicantiſmũ Caluiniſticum, ni fallunt nares, olet, vſu venit. non

Sen. pat.

nimis

nis malè exordiri, minimè benè narrare,
ſſimè perorare intelligitur. Vel Drancen te
æſta vel Periclem,in recenſendis belli cala-
tatibus, omnes linguis fauebimus. malorũ
nniũ eſt Oceanus:ne quid putes nos ignora-
,quantũ ab agricultura diſtet,quæ hominum
eneri vniuerſo eſt ſalutaris.Scimus quid anti-
ii dixerint;aratorem, niſi incuruus ſit, preua-
cari: Ita militem, niſi impius ſit, parum eſſe
ilitem.Meminimus itẽ, legiſſe nos in Poly-
o, ſimilitudinem; nempe; Quemadmodum, *Lib.10. hiſtor.*
quis ſiluam ſemel incenderit,non ad illius
bitrium ferri porrò flãmas, ſed depaſci quic-
iid apprehenderint, ventiſq; regi incendiũ,
iod et ipſum incenſorem non rarò corripiat:
: bellum à nonnullis ſuſcitatum, vbi exarſit,
rri in quæuis obuia,atq; ipſos Aeolas ſæpe-
imero inuoluere ac perdere. Initia ſeditionis
belli à Bohemis ſunt; exitus penes Deum *Leuit.26. v.24.*
it, qui bello punit peccata populi. Afflictos
gladio querũtur Bohemi? vltor iniquitatum
t gladius,ex Iobi oraculo. Ipſi primi gladium *Iob c 19. v.vltima.*
ouerunt: ac falsò, in Cæſarianos armorum
otorum culpam deriuare conantur.Quod vt
emõſtrem euidentiſſimè,quid eius rei ſit, vti
lam ego compertam habeo, paucis recenſeo.

Anno 1618, dum Matthias Imperator Vienę
uſtriæ, in afflictiori valetudine languet, &
oſtulatis Hungarorum, Poſonij in Comitijs,
uibus ipſe interfui, omnium expectatione
iutius extrahitur indictio diei,qua celebran-
a eſſet iam ltum electi proclamatiq; Regis
Iungariæ Ferdinandi II. coronatio; Bohe-
ni coniurati, quorum caput erat Matthæus

Digitized by Google

Comes de Turre, globo armatorum facto, arcem Pragenſem, vti dixi, IX Kal. Iun. cum armamentario ac Curia Regia occupant. inque conclaue, Cancellariam vocant, vbi Senatuſconſultum Regni ſupremum haberi ſolet, irrumpentes; VVilhelmum Slauata de Chlum et Koſchemberg, Cameræ Bohemicæ Præſidem; Iaroslaum Borzita, de Martinitz, Bohemiæ Mareſcallum, Burggrauium in Karlſtein; & Philippum Fabritium Secretarium, de feneſtra deturbant altitudine XL cubitorum, & amplius. eiecti enim trãs aggerẽ citerioris foſsę ſunt, quæ eſt cubitorum ferè XXIIX. in foſſam alteram vlteriorem, in quã altius eſt præcipitiũ. humo ſic illiſos ſclopetorum glandibus verberarunt, etſi non tranſuerberarunt. Cuius rei nuncium, vbi à Paulo Michna, qui Imperatori Matthiæ à conſilijs, & Coronæ Bohemicæ à ſecretis fuit, quatriduũ poſt, id eſt V. Kal. Iun. Poſoniũ, ad Regem Ferdinandum vices Imperatoris Matthiæ ibi, in Comitijs agentem, allatum eſt, adeo Excatholicorum ſeu Proteſtantium animos, quorum pleriq; omnem Ferdinando inuidebant, potentiæ acceſſionem, exſtimulauit, vt minimè diſſimularent, ſi ante rumor iſte, de motibus illis Bohemicis inibi percrebuiſſet, quã Rex electus ac proclamatus eſſet, repentino tumultu diſſipanda Comitia, nec illum Regem Hungarię deſignandum fuiſſe.

Quid

Quid expectas, lector æquanimis? vt Bohemos perpetrati facinoris illius pœniteat? alia pectus muni. Poetam audi.

Qui non deliquit, decet

Audacem eſſe, et confidenter pro ſe & proteruè loqui. *Plaut. Amph.*

Ordines Bohemi, ſub vtraq;, (hoc titulo ſe ipſi inſigniebant, qui ſpretis Eccleſiæ Romano-Catholicæ pronunciatis, mordicus tenent, non ſe participes fieri carnis ac ſanguinis D. N. Ieſu, niſi ſub vtroq;, panis ſcilicet viniq; ſymbolo:) rei illius in arce ac ſede Regia Pragæ, IX. Kal. Iun. vti dictum eſt, tam ſtrenuè à ſe geſtę, triduo poſt, cauſas rationesq; reddũt, euulgata publicis typis Apologia, quam miſerunt Imperatori Matthiæ, iunctâ litteris VII. Kal. Iun. datis, idiomate Bohemico, quę Illyricæ ſeu Slauicæ lingųę dialect' eſt, quas Paul' Michna, quẽ dixi in linguam Teutonicam trantulit; ego Latinè expreſſi; & è ſchedis paucis, quas, ex Auſtria, in Germaniam & Hiſpaniam contendens, mecum tu li, expromo hoc tempore.

SERENISSIME POTENTISSIME INuictiſſime Romanorum Imperator; Hungariæ ac Bohemiæ &c. Rex, Domine Clmentiſſime;

A Deo Omnipotenti optamus fideliter Cæſarea Maieſtati Veſtra bonam valetudinem, ſuper nos, Veſtra Maieſtatis fideles ſubditos, in annos plurimos, proſperum Imperium.

Litteræ Bohemorum ad Imperatorem Matthiam.

Ex quantis, quam validis ac neceſſarijs cauſis, nos contra VVilhelmum Slauata de Chlum & Koſchembergh, & Iaroſlaum Borzita de Martinitz, alias Smetzansky, tum etiam M. Philippum Fabritium, vt perturbatores commodi publici, Veſtræ Maieſtatis Cæſareæ, ac noſtros hoſtes, (quorum multiplices, fraudulentæ, hoſtileſq; machinæ, (quibus nos litteris Maieſtaticis, à Cæſare Rudolpho [auguſtiſsimæ] ac beatiſſimæ memoriæ, Veſtræ Maieſtatis D. Fratre dilectiſsimo, nobis, ſuper libero religionis noſtræ exercitio, conceſsis, & à Veſtra Maieſtate confirmatis, itemq; inter partes, ſub vna, & ſub vtraque ſpeciæ, initis tranſactionibus, comitiorum receſsibus, cæteriſq; ad defendendam Religionis noſtræ libertatem ſpectantibus conuentionibus, priuare ſunt conati;) ſi metam deſtinatam, ad quam collineabant, tetigiſſet, nec D. Deus technas illas ipſe auertiſſet, nobili huic Regno, funditus intereundum fuiſſet neceſſariò;) vt fideles filij amanteſq; patriæ, illo modo, ſecundum demerita ipſorum criminaliter agere, itemque pari via, legitimè contra alios congeneres practicos, ex vrgenti neceßitate coacti ſimus procedere, Veſtra Maieſtas Cæſarea, ex adiuncta rei humilima deductione & Apologia publicis typis edita, pluribus cognoſcere poterit. Iuxta quod, Cæſaream Maieſtatem Veſtram minimè celamus, quod ex conſideratione præſentis caſus ac periculi, vt & neceßitatis, quæ tam Veſtræ Maieſtati, quam nobis ipſis incubat, ad ſuffocandas tantas, tam varias ac malas artes, (per quas Veſtræ Maieſtati Cæſareæ huius æquè atque aliorum Regnorum Prouinciarumque ſuarum, ac nobis etiam Veſtræ Maieſtatis, à Deo nobis præſtituti Regis, Domini

mini & Magiſtratus clementiſsimi, priuilegiorumque noſtrorum iactura faciunda ſit.) de certa defenſione ineunda, concordibus omnium ſuffragijs, ad maiorum, in iſtiuſmodi caſibus, exemplum, pro aſſertione Veſtræ Maieſtatis, noſtrum ipſorum, patriæque nobis cariſsimæ, inter nos conuentum ſit. Veruntamen, cum nos omnes congregari ſemper non poſsimus, è medio trium Statuum, certos Directores, Gubernatores, Regnique Conſiliarios, qui continuo in vrbibus Pragenſibus permanere, inibique, quicquid ad aſſerendam Veſtræ Maieſtatis Celſitudinem, noſtrum omnium Veſtræ Maieſtatis fidelium ſubditorum, vxorum liberorumque noſtrorum, tum Conſtitutionum, Iurium, Diplomatis Maieſtatici, Priuilegiorum, Regni immunitatum, pacis denique publicæ ſalutem ac ſtabilimentum facere, cognituri iudicaturique ſunt, illud omne, haud ſecus, atque ſi nos in vnum congregati eſſemus, ſuo noſtroque nomine ac loco, iuxta prædeceſſorum exempla peragere, ac ritè diſponere poſſent, conſtituimus, auctorauimuſque. Quod in vniuerſum, cũ nequaquam à nobis, hoc fine cæptum inſtitutumq; ſit, quo Cæſaream Maieſtatem Veſtram, Regem ac Dominum noſtrum clementiſsimum, vel in minimo offenderemus, aut alijs hominibus pacatis, amiciſque nobis dilectis, ſub vna, (modo pacem ipſi obſeruare velint,) mali quid conciliaremus; ſed vt ex aduerſo potiſsimum Veſtræ Maieſtati Cæſareæ, nobiſque Veſtræ Maieſtatis fidelibus ſubditis, in bonum cederet: hac ſpe & exſpectatione humilima demiſsiſsimaque erga Cæſaream Maieſtatem Veſtram ferimur, illam-

Fatentur Bohemi ſe cõiuraſſe, abſente Imperatore, ſuo Rege.

Bohemi conuicti: conf*e*ſsiq; læſæ imminutæq; Maieſtatis rei, hoc ipſo, quod ſtatũ Reipublicæ perturbarint, nouo Magiſtratu ſubrogato, contra volũtatem Regis, quem fatentur ſibi à Deo præſtitutum Regẽ.

Digitized by Google

illandem ipſam, hoc caſu, in nobis acquieturam: ac ſi quiſpiam detur, cuiuſcunque is ſit ordinis, qui ſecus hoc torquere, vel ſiniſterius hoc interpretari velit, eius relationi iniquæ non credituram, nec permiſſuram, vt nos fideles ſubditi, Maieſtati Veſtræ exoſi reddamur; tum etiam homines illos ſupra nominatos, qui non minus in Veſtram Maieſtatem, quàm in nos ordines, & hanc patriam nobis cariſſimam multipliciter & horrendè peccarunt, non ſuſcepturam: ſed illos alioſqúe contribules, vti malos infidoſqúe conſultores, litterarum Maieſtaticarum, tranſactionum, receſſuum diætalium, paciſque publicæ infractores, ceu Regem ac Dominum noſtrum clementiſſimum, actu ſimul nobiſcum punituram: contra nos autem Maieſtatis Veſtræ fideles ſubditos, nihil quod Veſtræ Maieſtati, nobis ac Regno huic noxæ vel fraudi ſit, ex conſilio ac ſuggeſtione maleuolorum tentaturam decreturamve: ex quo Veſtræ Maieſtatis Cæſareæ, erga nos, vt fideles eius ſubditos, verè paternam curam, ac ſolicitudinem, (quam omnes pariter ac ſinguli, expoſitione fortunarum omnium ſanguiniſque profuſione, ad extremum vſque, fideliter ac obſequentiſſimè viciſſim promereri cupimus, tenemurque;) agnoſcere poſſimus, non alia mente aut ſtudio, quàm vt penes Cæſaream Maieſtatem Veſtram, omnes, in debita congruaque obedientia, conſtanter fideliterque perſeueremus. Datum in arce Pragenſi, XXVII. Maij An. CIↃ. IↃC. XIIX.

Veſtræ Maieſtatis Cæſareæ fideles & obedientiſſimi ſubditi, Ordines ſub vtraque, congregati in arce Pragenſi.

In

IN mentem venit hîc eius, quod olim in Seneca dictum ſapienter inueni: *Non gaudet nauigio gubernator euerſo, non gaudet ægro medicus elato, non gaudet orator, ſi patroni culpâ reus cecidit: at contrà, omnibus crimen ſuum voluptati eſt.* Quia ſucceſſus euentuſque Bohemis non diſplicuit, etiam culpa ſeu crimen non diſplicuit. Ex Epicuri diſciplina illud eſt, qui ait ſua quadam epiſtola, Iniuſtitiam per ſe, & natura ſua non eſſe malum, ſed metu ſuſpicionis, ne fortaſſe non lateat talium facinorum vindices & exactores. Sectariorum, qui vel ex Huſſi, vel Caluini ſunt contubernio, artes ſunt, quà leonina pelle, qua vulpina, admirationem ac metum Supremæ Poteſtatis excutere, Imperantiſque auctoritatem, qua ſola ſtat imperiũ, euertere. Eo animo Lutherus olim negare auſus eſt Imperatorem eſſe caput Reipublicæ Chriſtianæ, &c. & Caluiniſtæ docuerunt eadẽ mente, Imperium eſſe beſtiam Apocalypticã, &c. Ioannes Fridericus Elector Saxoniæ, & Philippus Haſſiæ Landtgrauius, bellum mouentes aduerſus Carolum V. ſolo nomine Cæſaris fuerunt abſterriti, nec ante bellum ipſi denunciare auſi ſunt, quam nomen Cæſaris illi ademiſſent, (exiſtimantes ni fallor, tum ius ac fas eſſe belligerari cum Magiſtratu, cum nomẽ iſtius poteſtatis ſublatũ eſt:) ſcripſiſſentq; Carolũ Gandauenſem, qui ſe ipſum pro Cæſare gereret, &c. Antiqua illa Germanorũ fides ac ſinceritas, nimia erit Bohemis ſimplicitas; qui nõ tãtũ auſi ſunt Magiſtratũ illũ ſupremũ, quẽ Cæſar Viẽnã proficiſcens, Pragæ ſuas vices gerentẽ, de feneſtris, vti dictũ eſt, pręcipitare; pro

Epiſt. xcvii.

Ad Menecæa.

Libello de bello contra Turcas.

Vide Sleid. l. 17 cõment.

com-

commiſſi facinoris defenſione, coniurationes pangere, pro lubitu, Regios Dynaſtas ac Magiſtratum legitimum abrogare, nouos Directores, Gubernatores, Regni conſiliarios, è ſuis complicibus ſeditioſis conſtituere, retento Auguſtæ Maieſtatis nomine; ſed etiam copias militares conſcribere, ac Regem ſuum, Imperatorem Romanorum, poſtica ſanna ludere. Sed, quicquid peccata ſua Gracchi illi diſſimularint, ſentient aliquando, primam ac maximã peccantium eſſe pœnam, peccaſſe; grauiſſimũq; ſceleris, in ſcelere ſupplicium eſſe, conſcientia iudice, præſertim in crimine illo grauiſſimo, quod imminutæ ſeu læſę maieſtatis dicitur: quod palam eſt Bohemos commiſiſſe; quia *iniuſſu Principis, delectum habuerunt, exercitum comparauerunt*, ex reſponſo Martiani. quia *tumultus & ſeditiones in populo cõcitarũt*; Vlpiani ſuffragio, *l. 1. ad l. Iul. dictam.* Iure enim diuino & humano conſtat, quod merum ſit imperium penes Principem, quæ gladij poteſtas eſt, quam à Deo accepit, quæ non eſt priuata, ſed publica; quod eſt extra omnem controuerſiæ aleam.

in l. lex 12. tabular. v. 5 § ead. l. ad Iul. Maj.

Rom. cap. 13.

Pro confeſſo accipimus; quod ipſi Bohemi, per bellis iſtis ſuis atque officioſiſſimis literis, non vi, metusq; cauſſa, ſed liberè Imperatorem Matthiam agnoſcunt, à Deo, Regem ſibi præſtitutũ, Dominum ac Magiſtratũ ſuum clemẽtiſſimum, &c. Cum autem *omnis anima debeat eſſe ſubdita poteſtatibus ſublimioribus, propter Deum, & qui poteſtati reſiſtit, ordinationi Dei reſiſtat*, peto, quibus rationibus ſe purgare poſſint à crimine maieſtatis imminutæ tam diuinę quàm humanæ? qui ſpreto Magiſtratu ſuo legitimo, alios Directores ac Gubernatores, vt ipſi faten-

1. Petri 2. v. omnis anima decens.

tētur ingenuè, per neſariā vt nos aſſeuerãmus, ſeditionem conſtituerunt? Si quæram ex Bohemis, quis ſtatus Regni ſit Bohemici? reſpondebũt opinor, eſſe Monarchicũ. Age ergo: ſi penes Principē ſeu Regē Bohemię. poteſtas ſuprema eſt; à quo iudicabitur? Si nõ habet ſuperiorē, nõ poteſt iudicari ab eo, qui nõ habet poteſtatē. nõ enim ſuſtinetur actus, qui fit ſine poteſtate. Si confugias ad populi Comitia; nõ hoc Monarchia patitur. perduellionis enim eſſet illud contra primum caput legis Iuliæ; moliri quippiam, ſiue in Principem, ſiue in honorem illius. &c. volunt exempla Bohemi? è ſacris habeant deprompta? *Core, Dathan, Abiron, Hon; ſurrexerunt contra Moyſen; alijque filiorum Iſraël ducenti quinquaginta viri Proceres Synagogæ, & qui tempore conſilij per nomina vocabantur. Cumque ſtetiſſent aduerſum Moyſen & Aaron dixerunt; ſufficiat vobis, quia omnis multitudo Sanctorum eſt; & in ipſis eſt Dominus: Cur eleuamini ſuper populum Domini? &c.* [*Audite, Bohemi; ac iudicium Dei perhorreſcite.*] *Dirupta eſt terra ſub pedibus eorum, & aperiens os ſuum, deuorauit illos, cum tabernaculis ſuis, & vniuerſa ſubſtantia ipſorum. deſcenderuntque viri ad Infernum, operti humo, & perierunt de medio multitudinis. Sed & ignis egreſſus à Domino, interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerebant incenſum &c.* Qui Regem Saul electum deſpiciebant, nec munera ei offerebant, dicentes; Num ſaluare nos poterit iſte? filij Belial dicuntur, ſine iugo legis diuinæ, ſine diſciplina.

l. multum intereſt, ſi quis alteri vel ſibi.

Num. 16. Pœna rebellionis, in Moyſen Monarcham, mota.

1. Reg. c. 10.

Ipſe

Ipſe Mundi Redemptor D. N. Ieſus Imperatoris poteſtatem Imperatoriā ſanciuit hoc cęleſti oraculo; *Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; quæ ſunt Dei, Deo.* Quocirca peculiari quodam modo, *Cor Regis in manu Dei eſt, & quocunq; voluerit, inclinabit illud.* Volunt, Bohemi, dicam ex ijſdem ſacris Codicibus? etiam Regi impio, & quem iam Deus repudiarit, eſſe parendū aio. Exemplis trium probo; Saulis, Salomonis, Achabi. Saul poſtquam à Deo fuit reprobatus, populum iudicauit. Salomon in Eidololatriam, à mulierculis, fuit pellectus; at nihilominus ei popul' obtēperauit. Achabi ipſius Baalis cultor, decē trib. iudicauit. Nō enim eſt poteſtas niſi à Domino. Primævam Chriſtianorum Remp. conſulamus. à Chriſto crucifixo, vſq; ad Diocletianum, per decurſum ferè tercentorū annorum, etſi imnanes & innumerabiles clades à Tyrannis crudeliſſimis acciperent, nunquam tamen Magiſtratui, quantumuis impio reſtiterunt, etſi numero ac viribus pares ſæpe potuerint. Memorabile illud eſt, quod, cū Imperatores Diocletianus & Maximianus Nicomediæ prouulgato Edicto iuſſiſſent Templa Chriſtianorū ſolo æquari, diuinos Codices exuri, qui Magiſtratū honoreſve inter Chriſtianos gereret, cum infamia in ordinem redigi, ſeruos Chriſtianiſmum eiurare ac libertate donari &c, ac Chriſtianus quidam, qui diplomata illa impia dilacerauerat, ſupplicio extremo plexus eſſet, Chriſtiani quidam, hunc iure cæſum pronuntiarint. Denique vixerunt Chriſtiani ſub Imperatoribus Paganis, Arianis, hęreticis alijs; ſub ipſo Apoſtata Iuliano: nec vnquam

Prouerb. 21. v. 1.

Parendum Regibus etiā impijs.

Euſeb l. 7 c 5.

nquam in Dei poteſtatem inuolarunt, aut ebellionem mouerunt,ſcientes quod omnis inima debet ſubijci poteſtatibus ſublimiorib. volunt exemplũ recentius? Non incelebre diſtum eſt inhanc ſententiam, MichaelisOrſachi. fuit hic Palatinus Hungariæ; qui cum proceres alij Matthiam Coruinum regno deijcere tentarent; *Quemcunq; inquit, ſacra corona coronatum videris, etiam ſi bos fuerit, adorato & pro ſacroſancto Rege ducito.* Bonfin. l. 3. Dec. 4.

Supremæ illius poteſtatis, in Principe, hæc eſt probatio; quod legum explicandarum auctoritas aci' penes ipsũ ſit; quod noti Iuris eſt; quodq́; à Principe appellare fas non ſit, *cum ipſe ſit, qui prouocatur*, vt loquitur Vlpianus *l.1.§. Et quidem.n. à quibus appellare non liceat*, quod ipſum, eximia ac vera Poetæ ſententia finimus: *Regum timendorum in proprios greges;*

Reges in ipſos Imperium eſt Iouis
Clari Giganteo triumpho
Cuncta ſupercilio mouentis. Horat. l. 3. ode 1.

Sed exſpectas, quid contra fecerit Imperator. Tu qui vel legiſti, vel audiuiſti, Perſarum Regẽ Darium, cum ei nunciatum eſſet, captas Sardes ab Atheniẽſibus, arcum popoſciſſe, ac ſagittam, in cœlum, excuſſiſſe, hoc dicto; ô Iupiter! contingat mihi vt Athenienſes vlciſcar: tum etiã famulo præcepiſſe, vt in cœna ter diceret, *Here memento Athenienſiũ*: aut etiam de Semiramide, Aſſyriorum Regina, accepiſti; quod cum ei circa decorem capitis occupatæ, nuntiaretur, Babylonem defe- Herod. l. 5.

ciſſe, criniũ parte altera incõpoſita, ad illã expugnandã protinus accurrerit, nec prius capillos in ordinem, quàm ingentem illam vrbem in poteſtatem redegerit: tu, inquam, exſpectas vt dicam, quomodo Imperator, iure gladij vſus, rapto confeſtim equitum peditumq́; bello iuſto armatorum, agmine Pragam contenderit, pænasq́; omni iure diuino ac humano debitas præſcriptasque, à coniuratorum perduellium factione, maieſtatis tam diuinæ quàm humanæ rea exegerit? Patientiam tuam. voluit Imperator alieno ſanguini, tanquam ſuo, parcere; quod veræ eſt clementiæ. quare quoad eius fieri potuit, leniſſimè pacateque Ordinibus ills coniuratis XIV. Kal. Quint. reſcribit hunc in modum.

Val. l. 9. c. 3.

Litteræ Imperatoru Mat thiæ, ad Bohemos.

Litteras, quas ſabbatho poſt Aſcenſionis Anni CIↃ. IↃC. XIIX. nempe VII. Kal. Iun. vnà cum Apologia dediſſent, ſibi demum ipſis eid. Iun. traditas. Illud verò, quod iſto modo contra Duum-viros illos, (ſupra nominauimus,) ſuã vicem gerentes, ac Secretarium, fideles ſibiq; dilectos, in arce ſua Pragenſi, Regiaq; ſede, in Cancellaria Regni, vbi ſumma ſecuritas, ac loci ipſius obſeruantia religioq; obtinere deberet, patratum fuerit, vt approbet non ſe adduci poſſe. Nam etſi cauſa ponatur; quaſi magnas technas praxesq;, ad Regni ſui Bohemiæ ipſiſſimum interitum deſtinatas, præ manibus habuerint: minimè tamen Ordines illos decuiſſe, vt citra vllam, ad Se, præmiſſam delationem, citraq; viam Iuris ordinariam, cauſa omni prorſus inaudita, tam præcipitanter, contra illos, vt locum ſuum tenentes, ac miniſtros inſurgerent:

rent: itemq; vbi de nullo hoſte conſtet, ſine ſua, vt legitimi Regis ac Domini præſcientia, voluntateque, copias militares equeſtres pedeſtreſque conſcriberent, apparatus bellicos inſtruerent, & per id, fideles ſibi dilectos ſubditos, præcipuè verò homines egenos, in Diœceſibus, Circuliſque, ad extremam miſeriam calamitatemque demergerent; tum alia, quæ poſt editas litteras contigerunt, aggrederentur. Nihilominus tamen, quia ſemet ipſos offerant, profiteanturque, quod cum profuſione ſanguinis facultatumque omnium, ad extremum, in obedientia fideli perſtare velint, ac perſeuerare; Diploma ſeſe litteris ſuis adiunctum mittere, exemplar eius, quod in Regno ſuo Bohemiæ propalari fecerit: ex quo clementiſſimam voluntatem ſuam prolixius percipiant. Vigore cuius Diplomatis, mandet ipſis, vt obedientes edicto ſeſe præbeant; conſcriptas militares copias exauctorent, vlteriorem conſcriptionem, euocationem ac cenſum oppidatim vicatimque factum inhibeant; contra ordinem ac ius nihil porrò admittant; vlterioremque diſpoſitionem, circa hoc negotium, pacificè exſpectent. Sin autem: celatum illos nolle, quia intellexerit, quomodo miles eques pedeſque, in Regno ſuo cogatur, quod ex aduerſo, pro defenſione ac conſeruatione Regni ſui Bohemiæ, ac fidelium ſubditorum, itemque aſſerenda ſua auctoritate Cæſarea Regiaque, militares copias equeſtres pedeſtreſque conſcribi iuſſerit. Hac tamen ſpe ferri Seſe, quod ab ipſis,

ceu fidelibus ſubditis ſuis, multò magis ad pacem retinendam, affectumqúe ſuum clementiſſimum, erga ipſos conſeruandum, quàm ad indignitatem aliquam rei, indignationemque, ad quam, animo illubenti paſſurus ſit illud deuolui negocium, cauſa ſibi præbenda ſit.

Diploma porrò quod litteris annexum, & prælo typographico fuit euulgatum Bohemico & Teutonico idiomate, ſic habet, vti, opere ſubitaneo illud in latinumverti.

MAtthias &c. Dilecti fideles: Non ignoratis, quid die Mercurij poſt Dominicam S. Crucis, id eſt XXIII. die menſis Maij, huius anni CIƆ. IƆC. XIIX. *cum quibuſdam, vicem noſtram gerentibus, locumq; tenentibus ac Secretario, dilectis fidelibus, in arce noſtra Pragenſi, ac Regia ſede, in Cancellaria Bohemica, vbi ſumma ſecuritas ac obſeruantia eſſe deberet; itemq; non minus alijs in rebus circa illud, dierum ſubſecutorum decurſu actum fuerit. Cumque illud omne hactenus ſub prætextu geratur, quaſi diploma Maieſtaticum, quoad liberum exercitium religionis, ſub vtraque, abolendum ſit; litteris hiſce patentibus minimè vos latere voluimus; non repertum iri, quod ad oblitterationem abolitionemque ſiue Diplomatis Maieſtatici, ſiue initæ inter partes, ſub vna & vtraque, conuentionis (iuxta tenorem Inſtrumenti vtriuſque) quicquam propoſuerimus, multo minus alteri, vt id faceret, cõceſſerimus. Imò verò, quod alius quiſpiam, è Statibus Regni noſtri Bohemiæ, tale quid conatus ſit, eo ſuper*

Affirmat Imperator; nihil ſe vnquã derogati voluiſſe litteris Maieſtaticis.

nihil

hil nobis conſtitit. nec alia ſententia aut volunta- fuimus, vel etiamnum ſumus, quam vt Status, ſub na & ſub vtraque, noſtra manu aſſeramus; eoſque um Priuilegijs, libertatibus, litteris Maieſtaticis, Co- itiorum receßibus, tranſactionibuſque vltro citroq; itis tueamur: adeò, vt qui ſecus forte rem inter- etaturus ſit, is coram Deo & Mundo, prorſus No- s iniuriam ſit intentaturus. Quocirca erga omnes bedientes, dilectos, fideles ſtatus Regni noſtri Bohe- ici, hac clementißima Cæſarea Regiaq; ſumus fidu- a, quod nemo Veſtrum, de Nobis, tale quid ſuſpi- turus, cogitaturus aut crediturus ſit. Quanquam rò nihil prius Nobis eſſet, quàm vt citius melius, in opria perſona, ad Regium thronum noſtrum, inter ſtros fideles & obedientes ſubditos trium Statuũ colarumq; redire, ac omne illud, quod ſuper iſto ntigit, quodque fortaßis ex errore ſiniſtrove ſenſu uopiam, in hanc vel illam partem, detortum fuit, m Dei gratia, præ manibus ſumere ac componere ſſemus: tamen cum partim, præ corporis inualetudi- , partim præ negotiorum aliorum mole, hoc tem- re Ipſi in Regnum noſtrum Bohemiæ iam dictum nire non valeamus; ſine vlla mora, certi ſpectati primarij viri, ad complanationem amolitionemq; us, quod præpoſterè fortaßis admiſſum fuerit, cum ena poteſtate delegabuntur. Interea verò, quia ullus hoſtis, qui Nobis vt Regi Bohemiæ, tribuſve rdinibus & incolis huius Regni, damnum illaturus , præ foribus verſatur, ex qua cauſa militares co- as conſcribi, apparatuſque bellicos, in Regno, vigo- articuli in Regni conſtitutione comprehenſi, pro ſiuſmet Regni defenſione, inſtrui oporteat; item- e ſi quis, quicunque ille ſit, alicubi forte ſe rauatum ſentiat, iure Ordinario, ſecundum te-

Proteſtatur Imperator, corã Deo, fieri ſibi iniuriam, ſi dicatur quod Priuilegijs Bohemorũ aliquid detractũ voluerit.

Offert Imperator, ſe cõpoſiturũ omne dißidium, quod natũ ſit fortaßis, errore partis alterutrius.

 norem

BIBLIOTECA V.E. ROMA VITTORIO EMANUELE

Bohemi iudices in propria cauſa.

norem Priuilegiorum Regni, litterarum Maieſtaticarum, Edictorum, libertatum, conſtitutionum, illo caſu vti poſſit; nec quiſquam ſui ipſius Iudex eſſe debeat; ſuper quo, vnumquemq́;, ne quid lædatur alicubi, protectum cupimus, manuq́; noſtra vindicatū: mandamus clementiſſimè ac volumus, vt, ad euitationē maiorū dānorū, impēſarū, calamitatūq́; publicarū, militares manus cōſcriptas, exauctoretis; exin militē nec ipſi cōſcribatis, nec cōſcribi curetis, euocationesq́; oppidanorū paganorūq́;, ex vrbib. agriſq́; cēſorū inhibeatis: tum etiam, vt omnes incolæ tam ſub vna quam vtraq́; ſpecie, ſiue dictis ſiue factis, contra ſe inuicem nihil tentent, alterq́; alterum ne, vel in minimo, offendat; ſed pacifice amiceq́; erga ſe mutuò gerant: nihil dubitantes, quin ipſi fideles ordines, in hoc, morigeros ſe præbituri ſint. Noſq́; itidem, ſimulatq́; miles in Regno Bohemiæ exauctoratus ac dimiſſus, euocationeſq́; tributim factæ, fuerint inhibitæ, vlteriorem noſtram conſcriptionem, cui cauſam dedit veſtra conſcriptio, inhibere; quantumq́; copiarū iā conſcriptū eſt, viciſſim à ſignis dimittere volumus: eò quod vniuerſos fideles ſubditos, dānorū, ſumptuūque quos bellum ſuſcitat, expertes eſſe cuperemus. Quod ſi verò præter omnem ſpem noſtram, admonitionemq́; clementiſſimam ac paternam, itemq́; cōtra legitima & æquitati congrua mandata Edictaque noſtra, prædictæ militares copiæ veſtræ, in Regno Bohemiæ non exauctoratæ, vlteriores conſcriptiones, ac cenſus oppidanorū agreſtiūq́; non inhibiti fuerint, adeoq́; clementiſſima noſtra oblatio locū habere non poterit; nihil aliud vel iudicandū vel colligendū Nobis ſit, quam Ius ac fas, ordinemq́; omnem nunc porrò inſuper haberi: quo caſu etiam Nos, præter voluntatem, freti auxilio Omnipotentis, cuius gratia Nos

Promittit Imperator ſe militē, pro ſui deſenſione ſcriptum, à ſignis dimiſſurū, ſimulatq́; Bohemi.

vobis

obis in Regem & Dominum, ordinatione legitima ræſtituti ſumus, talia remedia præ manibus ſumere ogeremur, quibus auctoritas noſtra ex æquo bonoq; onſeruari poßit. Quandoquidem verò quiſq; animo ſuo facilè poßit coniectare, quanta incommoda, quam vehementes oppreßiones, planctuſq; miſerorum hominum, bellici motus illi ſecum trahant; coram Deo Mundoque vniuerſo proteſtatum volumus; quod illis cauſam nullam dederimus, omniumq; illorum culpa nulla penes nos futura ſit. Vice autem verſa ijs, qui ex præſcripto Regij noſtri Edicti, morigeros ſeſe geſturi, turbulentorumque hominũ factioni (ſi qui forte poſt hoc Edictũ noſtrum præter ſpem, præmonitioni audientes eſſe nolint:) ſeſe non immiſturi ſunt, omni gratia Regia, tutela ac benignitate noſtra addicti ſimus permanſuri: Secundum quod vnuſquiſq; ſciuerit, quid ſui ſit officij, ſine vlla præuaricatione. Datum in Ciuitate noſtra Vienna: XIIX. Iunij; An. CIↃ. IↃC. XIIX. Quibus ſic expeditis, quintiduo poſt, id eſt, IX. Kal. Quint. in quas vigilia S. Ioannis Baptiſtæ incidit, Cæſar vſus occaſione, qua, ſicuti ex certis indicijs acceperat; ſtatus & ordines Bohemiæ frequentes VII. Kal. dicti menſis, in arce Pragenſi erant congregandi, exẽplar Diplomatis, quod in Regno proclamãdũ emiſerat, ac literarum ſimul, quas diplomati additas, ad ſtatus Baronum, Equitum, ac Ciuitatenſium, tum vti diximus, Pragæ congregatos, iterato tranſmiſit: ex quibus denuo certiores redderentur, nunquam ſibi in animo fuiſſe vel eſſe, Priuilegia, immunitates, Diploma Maieſtaticũ, decreta Comitiorũ, tranſactioneſq;, inter partes ſub vna & vtraq;, ſancitas, reſcindere. Deũ homineſq; teſtatus ſuper iniuria,

Deum ac Mundum teſtatur Imperator, calamitatum bellicarũ culpam ſibi non imputandã.

Imperator Matthias ſecũdò ſcribit ordinibus Bohemiæ.

ſibi ab illo inferenda, qui ſequius rem interpretaturus ſit. Tum etiam repetit viros primates eximiosq́; quantocyus delegaturum ſe; qui, ſicubi forte exorbitatum, aut in re quapiam, ex ſiniſtro intellectu, aberratum ſit, via legitima, in locum quodlibet ſuum reſtituturi, ac certo fine terminaturi ſint. his addit, quòd & illo caſu quo quis forte ſuper iſta ſua oblatione, alicubi in religionis negotio, peculiariter ſe grauandum exiſtimet; ille ius ſuum planè ex receſſibus Comitiorum anni milleſimi ſexcenteſimi decimi, ordine proceſſus ſolenni, quem ad inſtantiam alterutrius partis ad formulam in Comitijs illis expreſſam, inſtituturus ſit, proſequi ac finire poſſit. adeò, vt iſtiuſmodi ob cauſas, nec fuerit nec ſit neceſſarium, militem equitem, peditemq́; cogere, ſubſidia bellica inſtruere, & per id, ſibi ipſis ſubditisq́; ſuis extrema quæq; maturare. Vnde, vti antehac, ſic repetita vice, clementiſſimè ac paternè moneat ſerioq́; mandet, vt (hoc cõſiderato, quod iſta tumultuariò concepta, cõtraq́; omnẽ ordinem ac iura dilucida, ſuaq; ipſorũ Priuilegia & immunitates præcipitata negocia, finem bonũ conſequi nequeant) tempeſtiuè malint conſilium, in melius, commutare; nuncium militiæ remittere; damnis exitioq; cum proprio, tum accolarum abſtinere; pacatè erga ſe inuicem agere: ſicuti & Ipſe, quamprimum illi collectas copias, à ſignis manumiſſas, exauctorauerint, militem conſcriptum, ſacramẽto exſolutum dimittere, omnemque controuerſiam, placido fini, terminare velit. Sin autem nihil loci habitura ſit illa ſua

Oſtendit Imperator Behemis, qua via ſuo iure poſſint vti ad tellenda, ſi habeant grauamina.

æqua-

æquanimitas, (quod abominetur;) inijciūdaq́; ſibi neceſſitas, qua per vim armatam, fidelium ſubditorum ſaluti & incolumitati conſulere ſit neceſſe habiturus. Deo & hominibus teſtib⁹, ſe omnis omnino mali, quod ex hoc cōſequi poſſit, expertē, omniſq́; culpæ exſortem fore.

Satis hæc, inquies, plus nimio ſatis, ad ſempiternam Bohemici nominis (bonos vniuerſos ac ſingulos, eorumq; nomina excipio) infamiam. Nihil, inquam, iſta Cæſaris in ſubditos ſuos propenſione, clementia, gratia poſſit fingi lenius aut benignius. vnum addo tamen, ad maiorem perduellium impijſſimorū ignominiam.

Imperator Matthias, tertia vice, Bohemis ſcribit.

V. Kal. Quint. Imperator, datis, ad Ordines ſæpius dictos, litteris, tertiū recenſet; quomodo per curſorem peculiarem, ad Ordines Baronum, Equitum, ciuium (ſub vtraq;) in arce Pragenſi, tum, vt ſupra narratum eſt, congregatos ſcripſerit, additis patentibus litteris, quæ per Regnum ſuum Bohemiæ prouulgari debuerint. Quo ſuper, cum nihil Sibi reſponſum ſit, alterum Curſorem, cum litteris itidem ſuis, incluſoq́; litterarum exemplari, ad omnes Ordines, qui proximè elapſo die Lunæ, id eſt VII, Kal. Quint. congregandi erant, in arce Pragenſi, expediuerit; ex quibus, clementiſſimam ſuam voluntatem, paternam curam, ſententiamq́; ſuam, qua via, oborto huic diſſidio, flagrantiq́; ſeceſſioni, ſine armata manu, medela poſſit afferri, procul dubio perceperint. Interea verò temporis, certo nuncio ſe compertum habere, quod Comes de Thurn, cum militaribus copijs, oppido ſuo Buduiſio

Dum Imperator. pacificè,

cupit tur-bas compo-nere, ex a quo & bo-no ius ſuũ cuiq; dice-re. Bohe-mi hoſti-liter ten-tant Bud-vaiſium & Como-touium.

appropinquarit; Conſuli Senatuiq;, qui eſt ibidem, ſcripto; Comotouienſibus verò per delegatos ſimiliter denunciari iuſſerit, vt militem præſidiarium, ad propugnationem, in vtroq; oppido excubantem dimitterent, ſibiq; vrbes iſtas dedi poſtularit; addita prægrandi hac comminatione; quod ſi parere nolint, ſe nec fœtui in matris vtero parciturum. quod, cum neq; ei neq; alteri cuipiam fas aut ius ſit, in ſuos nẽpe fideles ſubditos, iſta animi impotentia, graſſari pro libidine; non ſibi integrum eſſe, ad iſtiuſmodi, diutius conniuere. Quocirca copiarum equeſtrium pedeſtriumq́; delectum à Se inſtitutum, cum hoc mandato, vt miles, ſine mora, in Regnum ſuum Bohemiæ, expeditionem ſuſcipiat, fidelesq́; ſubditos ſuos, aduerſus illos, qui ſub nomine ac titulo ſuo, damnũ dare velint, protegat defendatq;. quod ipſum hoc fine, illos ſcire voluerit, quò, re, ad animũ, reuocata, maturè à propoſito deſiſtant; nec clemẽtiſſima ſua paternaq́; cõmonitione ſusq; deq; habitę, extremã ſibi perniciẽm accerſant. contra verò ſubditos ſuos, in fide perſeuerantes, ſecuros eſſe iubeat, nihil illos detrimẽti ſenſuros; ſed incurſiones hoſtiles vndiquaq́; à ceruicibus ipſorum, paterna manu depellendas.

Imperator bellum de-fenſiuum parat. Bo-hemo hor-tatur inter ea, vt ho-ſtilitatem ponant.

Age ergo, quiſquis es, qui ſtilo iſto tuo mercenario, cauſam belli, ſiue in Matthiam Imperatorem auguſtiſſimæ memoriæ, ſiue in Ferdinandum II. patruelem illius, Romanorum Imperatorem, pro Comite Palatino, deriuas; tum clades ac vaſtationes Bohemiæ, in odium ſiue vtriusq;, ſiue alterutrius Principis aggrauas? num cauſæ nihil, inquam eſt, qui n te, vt ſycophantam

phantam

hantam in ſulſiſſimum denſo fuſtuario ſubij-
æquum ſit? illudque Præconis vetus occini,
υκοφαντησας? Et quā tu aliam cauſam, ſeu *ve-*
m originem, vt tu ais, calamitatum iſtarum
omminiſceris, quàm hæreticam prauitatem,
perfida non ſemel in ſuos Reges ac Dominos
gitimos Huſſitarum ingenia?

Fides Bohemo-Palatina.

CVm verò nouiſſimis hiſce tēporibus, quibus in Fidei negotio diuerſæ opiniones ſunt exortæ, præter criptura ſacræ veterumq́ Eccleſiæ Doctorū authoritatē, res ipſa loquatur, hominū cōſcientias cogi nullo modo poſſe ac quoties tale quid vel ſubdolè vel apertè ntatum fuit, ceſſiſſe infeliciter, magnarumq́ utationum, in Regnis & Prouincijs cauſam præuiſſe, nihilominus tamen experimur; ex quo genus quoddam hominum gratioſum & populare, cum ogmate nouo, omnibus Principibus & Magiſtratibus iuſcumque Religionis maximè exitioſo, in viſcera Romani Imperij, eiq́ vicina Regna & Prouincias, aulatim ſeſe inſinuauit, nec tantum Principium ac Magnatum, ſed & conſiliariorum ac præcipuorum, aulis miniſtrorum, ac in ſumma ditiorum & potētorum omnium vbiuis aures animosq́ occupauit; mplicioribus ſtimulos ſubditos auctosq́ animos, qui Romana Eccleſia ſeceſſionem fecerunt perſequendi, & è medio quouis modo tollendi.

Elenchus.

Vultū hic tuū lubens contēplarer, & notarē, nūquid in ea frōtis; quā pudere poſſit calumniæ. Fatetur nouiſſimis his tēporib', in Fidei negotio diuerſas opiniones exortas, opiniones llæ ſunt hæreſes prorſus innumerabiles; quæ, Imperium Germanicum quod vna veluti vniuerſalis omnium fuit patriaque vno

Fatentur Nouatores, quod ſeceſſionē fecerint à Romana Eccleſia.

ſpiritu regebatur, nunc in tot partes, quas videmus, deiunxerunt, poſtquam Lutherus & Caluinus, duo illa, quaſi fatalia quædam Reipublicæ Chriſtianæ portenta, ac prope funera ſurrexerunt. Hominum conſcientias, inquit, cogi non poſſe. Non hic, inquam, iſta mouetur quæſtio; ſed hoc quærendum magis eſt, an Imperatores, Reges Principes, tantam hæreticis licentiam teneantur indulgere, in quantam prouecti ſunt hactenus, ac prouehuntur quotidie? Nõ mouemus hodie, nũquid prophetæ
3. Reg. c. 18. v. 40. 4. Reg. c. 10. Baal, ac Ieſu ſint iure cæſi à propheta Helia? nec quæritur, nunquid hęretici per cenſuras ac pęnas Eccleſiaſticas ſint redigendi ad gremium
c. quando vult Deus 39 & ſeq. vſque ad fin. 23. q. 4. Eccleſiæ: quibus ſpretis, addendæ ſint pęnæ legum ſæcularium, gladioque ſpirituali iungendus temporalis? vel nunquid Domini temporales debeant tueri Eccleſiam Dei? ſecundum *can. ſicut excellentiam veſtram 13. q. 4.* Sed hoc ventilandum eſt, An Proteſtantes promiſcuè, ſiue Lutherani ſiue Caluiniani, in Imperio, vbi libertas credendi eſt illis conceſſa tantum, qui Auguſtanam cõfeſſionem ſequuntur, iure poſſint flagitare, vt ipſorũ religio, pari ſit loco ac dignitate, cũ antiqua ac vera Religione, quę eſt Catholica? Itẽ: liceatne Proteſtantib. illis impune, præter illã, quã ſeditionib. ac bellis extorſerũt, credẽdi licẽtiã, Baſilicas, Sacerdotia, Epiſcopat⁹ & alia, Catholicorũ, violata ſalute ac pace publica, inuadere, occupare, poſſidere? Odiſtis, ni fallor, iſtiuſmodi quęſtiones, æq; atq; Luther⁹ veſter cęlibatũ; aut Caluinus collegiũ Cardinaliũ: & aliquid mauultis comparare, fabricare, fingere in Ieſuitas, quos ſolos ferè vt ſcopũ deſti-

deſtinaſtis linguarum mendacium. Agite, reſerate puteum Apocalypſeos, Abyſſi os eiuſque fumum ac vaporem, oculis ſimpliciorum offundite, qui neſciunt, qui viri ſint Ieſuitæ; quique ſibi imaginantur vel ex Hippocentaurorum illos eſſe proſapia, vel diriora quædam μορμολυκεῖα. Qui viros norunt, & in ijs nihil vnquam obſeruare potuerunt, quam virtutẽ, æuo dignam Apoſtolico, pari eruditione omniumque rerum diuinarum humanarumque ſcientia copulatam, facilè omnium hæreticorũ ſannionum, præſertim Caluiniſtarum conuitia ac calumnias Ordini Ieſuitarum ἐοχλίσαι intẽtatas, non aliter atque lappas habent, quæ exterioribus palliorum lanis flocciſque inijciuntur, excuſſæ extractæque abijciuntur, calcantur. Dicam, quod res eſt, (frendite fremite, quotquot eſtis ex Huſſi, Lutheri, Caluini paratura;) Ieſuitas eſſe, hac noſtra ætate potiſſimum, qui omnia omnimodo veſtrum omniũ tot manibus, tam varijs iacta tela, recta, obliqua, transuerſa excipiant, neceſſe eſt. vos autem illos eſſe, qui fractis haſtis ad armaturam illorum, ne fugientes quoque non pugnare videamini, ſcuta illorum nonnullis inuidiæ ac maledicentiæ miſſilibus petitis, quæ priuata vnius manu euelluntur, nullo negocio. Dicitis Ieſuitas genus quoddam hominum gratioſum ac populare. An tale inquam, eſt Comiti Palatino, ac palatinis eius Artotrogis? Gratias, puto, debent vobis Ieſuitæ, iam nunc Gratioſi Domini, iſtis veſtris gratijs, pro ſententia illa veſtra, derepente ſic in melius, commutata. hactenus enim vobis fuerunt locuſtæ neſcio quæ

Diuinitus inſtituto.

Societas Ieſu fere ſola petitur vndique à nouatoribus.

Apo-

Anticalypticæ ſeu Acheronticæ; præcurſores Antichriſti, Orci, ſatellites, &c. nos Ieſuitas, hoc ſenſu, gratioſum ac populare genus hominum accipimus, eo quod gratiam cæleſtem, gratis datam, gratis elocāt; nec doctrina magis quam vitæ exemplo populum erudiunt, à vitijs reducunt, errantes viæ reſtituunt, gentiles ad Chriſtianam religionem capeſſendam inuitant; hæreticos; imò vero Bohemos ac Palatinos Orthodoxæ Matri Eccleſiæ reconciliant; remediū contra calumnię morſum, quod negauit Ariſtophanes, à medicina veritate promūt.

Quod autem apponunt, hoc genus hominū, dogmate nouo inſtructum, eſſe, Magiſtratibus omnibus, exitio: ex eadem promptum eſt pharetra, qua cædes Principum, in Gallia, Anglia, cæteriſq; in locis, temerè impieque Ieſuitis impingunt: ex eadem eſt incude, qua ſicas tragicas cudunt, famam Ieſuitarum petituras, non vulneraturas, quod in Belgio factum eſt. Nouum dogma nullum Ieſuitæ afferunt, ſed argumentis inuictiſſimis demonſtrant, Religionem eſſe tenendam ex ritu veteri, Apoſtolico, Romano: rationibus ſolidiſſimis euincūt, Huſſitas, Lutheranos, Caluiniſtas profligatiſſimæ homines eſſe temeritatis, qui verę ac diuinitus proditę doctrinæ fidē derogarint, cōmētis quibuſdā domi ſuæ recens natis impuriſſimis, & eadē opera ſanctiſſimas quaſq; leges atq; cerimonias, ab ipſis Apoſtolis, cōtinua iā ſæculorum ſexdecim ſucceſſione, veluti per manus traditas, & ab omnibus gentibus, qui Chriſto Redemptori nomen ac fidē dederunt, receptas obſeruataſq;, manib. inceſtis ac ſacrilegis reſixerint,

cerint, adulterauerint, eliminarint. Ieſuitę sũt, qui vobis Nouatorib. propudioſiſſimis nõ tãtũ viuam cutim perforant, ſed & neruos omnes incîdunt, non ſtrophis ſophiſmatum, ſed armis Eccleſiæ Catholicæ Romanæ iuſtis vos aggreſſi, à vobis flagitant, quibus vijs, itineribus, cõpitis, ambagibus veſter ille, ſiue Huſſitiſmus, ſiue Luteraniſmus, ſiue Caluiniſmus, ad vos, ab Apoſtolis, continua ſerie ſucceſſionis, dimanauerit? ex aduerſo etiam ſibi dici poſtulãt, quis, quando, vbi primus caput extulerit, qui illam, quam vocatis Idololatriam Papiſticam, in hũc Mundum, auſu nefando inuexerit? Ieſuitę ſunt, qui oſtendunt, Lutherum è S. Auguſtini; Bucerum è S. Dominici; Pelicanum, è S. Franciſci ordine; Oecolampadium D. Brigittæ; Martyrem, Carthuſianum; Caluinum Canonicum; ſemet ab Eccleſia Catholica Romana diuulſiiſſe; *ex nobis prodÿſſe; ſed non fuiſſe ex nobis.* ſectarios illos eſſe, qui ſectas genuerint, à ſe inuicem miris modis diſſectas, & in hoc ſolo concordes, vt Matrem ſuam Eccleſiam, in qua, ad vitam nouam, ſalutari fonte abluti gratiaque renati, nõ aliter ac viperæ naſcentes fędè funeſteque dilanient. Hinc illa veſtra, in Ieſuitas odia ſcilicet; quia hoc agunt, ne vos, perduelles Eccleſiæ, in Religionis, antiquæ pomœria excurratis vlterius, prædaſue vi aut clam occupatas abigatis. arces in anguſtijs fundunt, ſtruunt propugnacula. Vallis, aggeribus, muris cincta S. Romani Imperij oppida cingunt, excubias collocant, in faucibus hoſtium. quia tot, à vo-

1. Iohã. 2.

Nouatores, qua in re ſint cõcordes.

vnde Caluiniſtarũ odia in Societatẽ Ieſu.

Digitized by Google

à vobis reportarunt victorias, triumphos egerunt, tropæa fixerunt, laureas extulerunt, quia reuixit, in illis, priſca virtus illa Romana: cui vt genitrix altrixq́; victoris omniũ gentiũ populi, terra Italia nimis anguſtum fuit Imperiũ: ſed necdum Africa, Hiſpanijs, Gallijs, Britannijſque contenta, Illyrios, Iſtos, Liburnos, Dalmatas, Achæos, Macedonas, Dardanos, Mæſos, Thracas debellauit: Iudæos, Cilices, Syros ſubegit; Pontũ, Armeniã occupauit: Parthos terruit: Alpes maritimas, Rhetias, Cottias, Noricas, Pãnonias perdomuit: ſic illis etiã, hi limites, & hic Orbis haud ſatis viſus, quibus Domini ſui Ieſu ſigna & inſignia includerẽtur: ſed victrices eius colonias in Turcos, Tartaros, Nigritas, Aethiopes, Iaponios, Chinenſes, Malaccas, Malabaros, Moluccas, Indos, Perſas, Braſilios, Mexicanos, Peruanos etiam intulerũt. Hinc veſtratiũ, inquam, linguarum, in Ieſuitas, virulentia; qua proclamatis illos ſicarios, præter ſanguinem, cædes, incendia nihil ſpirantes paricidas, quas vel eradicatos penitus, vel extra Naturæ huius fines, extraque orbem, qui horizontem cingit, pulſos oporteat.

Falſum quod Societas Ieſu doceat, tollendos quouis modo hæreticos, verum eſt, quod

Cedo autem, quiſquis es, veſpertilio, dogma Ieſuitarum hoc nouum, omnibus Magiſtratibus, cuiuſcunque Religionis maximè exitioſum. An docent alicubi Ieſuitæ, hæreticos, è medio, quouis modo tollendos? videor enim mihi hoc è tuis verbis colligere; vbi ais: *ex quo genus illud hominum cum dogmate nouo, &c. animos occupauit; ſimplicioribus ſtimulos ſubditos, auctoſque*

auctosq; animos, omnes qui à Romana Eccleſia ſeceſſerunt perſequendi, & è medio, quouis modo, tollendi. Quæro ſex te, qui ſint illi dogmatis noui ſeminatores? ac niſi probaueris, nihil equidem cauſæ poteris dicere, cur te pro calumniatore infrunitiſſimo habere non debeamus; aut cur non, ex lege Charondæ, myrtho te coronatum per vrbem circumvehi oporteat: vel ſi mauis lege talionis, tam diuina, quàm humana puniri, vt ea ſubeas, quæ pati debeat accuſatus, ſi de crimine conuictus fuerit. *Diod. Sicul. l. 12. Bibl.* *Deut. 19. l. nō prim. 7. & l. fin. C. de cal.*

Si depudere didiciſti, Canis, metuere debueras ſupremum Dei Iudicium, in illo die magno ac terribili, quo calumniarum tuarum horrenda tibi erit reddenda ratio. In mentem venire tibi debuit, ex iſta infamiæ nota, quam Societati Ieſu inuſtam voluiſti, in vniuerſam Remp. Catholicam redundare plurimũ ignominiæ; quantumq́; laudi Societatis detrahitur, & criminum affingitur, tantum decedere exiſtimationi Apoſtolicæ Eccleſiæ, tantumq; dedecoris appingi Imperatoribus, Regibus Chriſtianiſſimis, Catholicis, S. Rom. Imperij Electoribus, Principibus, ordinibus Chriſtiani orbis vniuerſis; qui ſocietatem illam ceu diuinitus inſtitutam complectuntur, & in hoc natam agnoſcunt, vt extremis ſatanæ furoribus, quos ſuperiori & hoc noſtro ſæculo altero effudit, per Caluiniſtas maximè, veluti robur Eccleſiæ Romano-Catholicæ triarium obijceret; immenſa in hoc noſtro & altero Orbe clauſa Euangelio Regna, tot ſæculis à Poteſtate tenebrarum occupata, diuini zeli flamma pene- *Calumniæ, quæ Societati impinguntur, in Imperatores, Reges, Principes omnes ordines Catholicos redundant.*

 traret

trarct, peruaderet, ApoſtolicæEccleſiæ ſubijceret. Quod ſi Ieſuitæ ij eſſent, quales in Verrinis hæreticorũ depingũtur, Mauris, Aethiopibus, ipſo Cacodæmone Lucifero, qui de cęlo pręcipitatꝰ eſt, tetriores; animarũ vultures, ſicarij, Sinones, parricidę, & quicquid ijs pingi fingiue poteſt deteſtabilius; neceſſe foret Imperat. Carolũ V. Ferdinandũ, Maximilianũ, Rudolpũ, Matthiã, Reges Chriſtianiſſimos, Catholicos, S. R. Imperij Electores, Archiduces Auſtriæ, Sereniſſimos & Baioarię Duces, Archiepiſcopos, &c. & quotquot nẽpe Societati Ieſu, tot Gymnaſia, tot Academias erudiẽdæ iuuentuti, tantas obeũdæ rei diuinæ Baſilicas, tot Palatia quaſi Mauſolea exſtruunt, cenſibus annuis locupletant, vel amare ac fauere in Ieſuitis iſta ſcelera, flagitia, vel ignorare penitus. Si amẽt ac fouent, eorũdẽ criminũ rei ſunt; quod nefas eſt cogitare. Si norint? quanta hæc, quamq; craſſa ſit ignorantia? quàm ſupina, quã deperditorum hominum, ac omnino inexcuſabilis? verè affectata ſit ignorantia, quæ æquatur ſcientiæ, *cap. 2. de temp. ord. in 6. cap. cum inhibitio, de cland. deſp.* Eſt enim ignorantia affectata, ex quo quis ſcire potuit, ſed vel noluit, vel diſſimulauit; ꝙ ipſũ ex argumẽtis liquere poteſt. *cap. 2 de renũciat. in 6.* Pauculorũ quorũdã maleficorũ artes, aliquãdiu occulto eſſe, & ignorari poſſint; at magnã hominũ multitudinẽ (quę iã an. LXX. & ampliꝰ, cũ in ſuperiori tũ Inferiori Germania, in Tẽplis, Academijs, Gymnaſijs publicè, ac priuatim, ore, ſtilo, vita docuit, Collegia LXX. & quas vocãt Reſidentias locauit,) nihil aliud moliri, quam euerſionem Rerump, cędes Principum &c. ac ſic latêre poſſe, vt nemo Princeps, nullus Magiſtra-

l. plurimũ. & l. nec ſupina n. de in r. & fa. gnor. l. qui contra de inceſt. inut. nupt.

tus deprehendat, quis ſanæ mentis ſibi imaginetur? præſertim poſt tot accuſationes priuatas, publicas, ſolennes, ab aduerſaria factione, tam Lutheranorũ quàm Caluiniſtarũ,(& ſi illi ſunt inſtar agnorũ, præ lupis hiſce veſpertinis,) diuulgatas paſſim & vbiuis penè gentium.

Loc' hîc ſit, retorſionis iure, quo ſocietas Ieſu legitimè poſſit vti, in bonũ Eccleſię ac Reipublicę Chriſtianę, deſcribere gen' quoddã hominum, quod Prædicãtes vocat ſemetipſum, aut Miniſtros verbi diuini: ſed in periodũ aliã reijcimus.

Fides Bohemo-Palatina.

QVamuis autem in hoc Religionum, tum in reliquo Romani Imperij corpore, tum vel maximè Bohemiæ Regno, eiq; annexis & vicinis prouincijs, diuerſitate Principes prædeceſſores laudatiſſimæ memoriæ nihil quod ad tuẽdã pacem publicã pertineret, intentatum reliquerint; vti hoc Receſſus, Pacificationes, Edicta, & Conſtitutiones diuerſæ teſtantur; hoc ſolo fine, vt, quoad eius fieri poſſet, æquilibrium inter diſsidentes, ac exinde Prouinciarum pax & tranquillitas conſeruari poſſet: videmus tamen, proh dolor!) poſteros & ſucceſſores, non tam proprio ingenij ductu, quàm fatali inſtitutione, turbulentis & factioſis iſtis hominibus vſq; adeò indulſiſſe, vt nihil nõ proprio auſu innouare, nec tantũ publicè editis ſcriptis, ab Impp. & Principibus clementiſſimè prius conceſſa & indulta, ac quæ hinc dependent obligationes & Iuramẽta, diſputãdo in dubiũ vocare, ſed & reipſa infringere & annihilare, nõ rarò conati fuerint. Nec verò hoc loco, inſtituti noſtri eſt, omnia quæ tot annis paſſim in Romano Imperio, ad eũdẽ ſcopũ tẽtata ſũt, aut quo loco quæq; nũc cõſiſtãt, hũc arceſſere, quæ ſuo tẽpore plenè & ſufficienter (ſi res exiget) in theatrũ producẽtur.

Elenchus.

Tantum religionis prætextu peccatur omni ferè æuo, vt iure exclamarit Poeta;

Lucret. de rerũ nat.

ſæpius olim
Relligio peperit ſceleroſa atq; impia facta.

Obſeruatum illud ſemper eſt, in omnibus Rerump. momentis, ac cœtibus priuatis publicisq;, nullum maius eſſe à quibuſcunq; caſibus periculum, quàm quod eſt à motibus qui aliqua pietatis ſpecie videntur defendi poſſe. Summa enim iſtac gentium nationumque omnium ſuffragio habetur ratio, quæ pro religione facit ſecundum Papinianum. Scitiſſimè Liuius in oratione Poſthumij Conſulis, ſuper abolendis Bacchanalibus: *Nihil in ſpeciem*, ait, *fallacius eſt, quàm praua religio, vbi Deorum Numen prætenditur ſceleribus*, & ibid. *Quoties hoc patrum auorumq; ætate negotium eſt magiſtratibus datum, vt ſacra externa fieri vetarent; omnemq; diſciplinam ſacrificandi, præterquàm more Romano, abolerent? Iudicabant enim prudentiſſimi viri omnis diuini humaniq; Iuris, nihil æque diſſoluendæ religionis eſſe, quàm vbi non patrio, ſed externo ritu ſacrificaretur*. Hanc, vel à gentilibus relictam ſibi prudentiam vſurpaſſent Maiores noſtri, facilè Germanorum ſanguine, qui bellis ciuilibus Germanicis, Francicis, Belgicis, religionis nomine fuſus eſt, Macedoniam, Thraciam, aliaq; Regna Otomannorum paraſſemus. vt Imperium Germanorum, vnius veluti communiſque Fidei ac diuini cultus animâ continebatur; ſic vna, eademque omnibus æqualis ac communis Legum, ſtatutorum, decretorum

in l ſunt perſonæ. 43. n. de relig. & ſumpt. fũ.

Lib. 39.

Impe-

Imperatoriorum latio, interpretatio, iuriſdictio, deciſionum, rerumq́; iudicatarum executio; conſuetudinum municipalium harmonia ſuis quibuſq́; municipijs, Diæceſibus; Prouincijs attemperata, donec in Germaniæ theatrum prodierunt, Martinus Lutherus Saxo, ac Zvvinglius Heluetius, qui priuata temeritate, fidei prope vniuerſæ, quam ex Chriſti inſtitutis, Apoſtolorum præſcriptis, traditionibus; Patrum Apoſtolicorum virorum ſanctiſſimis cõmentarijs habemus, decreta omnium populorum, ſæculorum conſenſu, ſancita violarunt. *Concordia in Imperio ante exortas hæreſes.*

Ordiamur ab Anno 1517. quo Martinus Islebius ille, vniuerſalem Chriſti Sponſam, fidelium omnium Parentem, quaſi vno calcis ictu cæpit repudiare, auctorq́; fuit nonnullis Germaniæ Principibus, malè de Eccleſia Romana, ſacriſq́;, in ea receptis ſentiendi. Strictim dico; vt diuina iura ſurſum deorſum miſceri cæperunt; ſic humanæ leges ſpretæ ſunt quæ à Carolo IV. in Aurea Bulla Anno 1356. decreta fuerunt, quæ à Friderico III. Anno 1442. reformata; quæ à Maximiliano I. Anno 1500. explicata; alijsq́; ſanctionibus cõfirmata: ſperni, aboleri, peſſum ire viſa ſunt; perturbata rerum dominia, poſſeſſiones interpellatæ, interruptæ, amiſſæ; Interdictorum vigor inſuper habitus. Quæ mala recens ſic cum hæreſi nata, Carolus V. maturè velut in herba voluit opprimere, An. 1521. VVormatiç; Anno 1525. Auguſtæ; Anno 1526. & anno 1529. Item anno 1542. & anno 1544. Spiræ. Maximam verò operã nauauit, vt fidei vnitas tam fœdè diſſuta reſarciretur, indicto, hanc in rẽ, Concilio œcumenico, & *Lutheranos facilè excuſãt Catholici: eo quod à Caluiniſtis ſẽper decepti fuerunt in hodiernum diẽ vſque.*

diuerſis Coll. prçſertim VVormatiæ An. 1557. Eluſ⁹ eſt Imperator Optim⁹, fraude illorũ qui ab Eccleſię Rom-Cathl. vnitate abruperãt; qui Tridẽtũ venire noluerũt, niſi legibus quas ipſi eſſent ſecũ allaturi, & Colloquio inſtituto exceſſerũt. Gliſcẽtibus indies hinc inde odijs ac cõtentionib. inter Catholicos, & Nouatores; illis, ſuper ſpolio, varias lites corã Imperatore mouẽtib, his pertinaciter obluctãtib. cũ diſſidiũ illud videretur, nõ exiguã cladẽ Imperio portẽdere, inducti fuerũt Catholici Anno 1541. Ratisbonæ, idq; ſpe Trãſactionis futuræ, vt actiones, iã ſuper ſpoliorũ variorũ reſtitutione inſtitutas, ad Cõciliũ Generale abolẽdis fidei cõtrouerſijs indictũ, ſuſpẽderent; hac lege, vt clero poſſeſſiones ſuæ nõ turbarẽtur amplius, cẽſus annui nõ violarẽtur; religionis cauſa necui moueretur cõtrouerſia, pęnâ violatæ pacis publicę, in trãſgreſſores latâ. Cęſar interea cauſas religioſas, piaſq; à prophanis ſecerneret. Hac liteſuperiores iãProteſtãtes, quinquẽnij Iuſtitiũ à Cathol, obtinuerũt, vt ex Receſſu Imperij liquet Anno 1542. Spiræ cõſignato, & de Cõcilij indictione, quod cõceſſerãt, omnino detrectãt. Cæſar autẽ, ne grauiorib. interea dãnis afficerẽtur Catholici, Anno 1544. Spiræ leges quaſdã, pro cleri ſecuritate præſcribit; vt ne quis Proteſtantiũ turbet bona, vel cẽſus Eccleſiaſticos, vti illos tẽpore Ratisbonẽſis Dietæ poſſederint Catholici, etiã in diuerſis vel alienis territorijs. Eccleſiaſtici vt Catholici, ſic & Auguſtanæ, Cõfeſſionis, prouẽtib. cẽſibuſque, vti illos Anno 1541. poſſiderũt, vtãtur fruãtur, prorogatis iterũ Catholicorũ actionib. Adſenſi ſunt Catholici, ſpe cõtrouerſiarũ, ex Cõcilio, finiẽdarum;

Carolus 5. reſtituere voluit vnitatem fidei.

Catholici, ſpe redintegrãdæ, cõcordiæ, multa cõcedũt hæreticis.

Digitized by Google

quod Anno,1548. reſumendũ putabãt. Quo cũ fruſtrarẽtur,& Cæſar videret nihil aliud quàm moras ex moris necti à Proteſtantib, in eo eſt, vt Catholicis ius ac fas eſſet agere Interdicto recuperandæ poſſeſſionis, & actionibus damni iniuriæ, vi bonorũ raptorũ &c. Poſt id tamen Anno 1552. ad illã Tranſactionẽ Paſſauienſem ventũ eſt. atque anno 1555. pax illa religionis coiuit: vbi inter alia ſancitum fuit; Catholici tã ſæculares,quã Eccleſiaſtici, ſuis iuriſdictionibus, iuribus, cenſib. decimis pacificè vtãtur fruãtur. Qui Religionẽ Catholicã vel Cõfeſſionẽ Auguſtanã non profitẽtur, à pace Religionis excluſi ſint. Pacẽ iſtã, quamuis maximè ſibi noxiã, ſeruarũt Catholici inuiolabiliter: Quid Proteſtantes vice verſa fecerint, ęterna illa ſpoliorũ, ne quid grauius dicã, monumẽta loquũtur. Occupauerũt Patriarchæ ſeu Primatis ſedẽ Magdeburgẽſem; Archiepiſcopatus, Bremẽſẽ, Vltraiectinũ; Epiſcopatus, Halberſtadiẽſem, Verdẽſem, Oſnaburgẽſem, Mindẽſem, Lubecẽſem, Caminũ, Suerinẽſem, Gedanẽſẽ, Brãdeburgẽſẽ, Ratzeburgẽſẽ, Sleſuicẽſẽ, Hamelburgẽſẽ, Libuſſenſẽ: ac præterea minimè vulgaris notæ Monaſteria ac Cęnobia, vndecim numero. Quib. ſic perpetratis faudẽ cõcinnarũt, qua actiones Catholicorũ, vti non ſemel iam antea fecerant dexterrimè, eluderent. Anno 1555. vnanimi StatuũImperialiũ ſuffragio p.1.t.50.sãcitũ eſt, vt ad viſitãda CameręSupremęIudicia Cęſar Spirã quotãnis mittat ſuos delegatos, Elector Mogũtin⁹ itẽ ſuos: reliqui Electores ſinguli mittãt ſingulos: porrò bini Principes, hic Eccleſiaſtic⁹, ille ſęcularis, alternatim & ipſi veniãt &

Caluiniſtæ excluſi à pace Religionis.

Bona Eccleſiaſtica ab hæreticis occupata.

ſuos delegatos mittant. Tetigit ordo Principē Germaniæ Primatem Archiepiſcopum Magdeburgenſem. Anno 1588. Ecce tibi Ioachimũ Erneſtum Marchionem Brandeburgenſem, nec Archiepiſcopum, nec clericum; ſed ab hæreticis illegitimè poſtulatum, malæ fidei poſſeſſorē Archiepiſcopatus, qui illud ſibi muneris vult ſumere; nō, quod neſciret locum illum ſibi à Catholicis merito negatum propter notoriam ſuam, vt aiunt, inhabilitatem; ſed vt reuiſiones, ad quas à latis ſententijs prouocatum fuerat, impedirentur. Quæ fraus vt ab Imperio exterminaretur, annis 1594. & 1598. pragmatica decernitur cautione, vt per delegatos alios illæ reuiſiones expenderentur, expedirentur. Quid ad hæc Proteſtantes? ad priſtinum ingenium redeunt: artem nouam comminiſcuntur. Inter alias reuiſionis cauſas, erat Epiſcopi Spirenſis, contra Marchionem Badenſem eiuſque conſortes, ac reis, ex Interdicto, VNDE VI, quo ij, qui deiecerāt poſſeſſione, illam cogebantur actoribus reſtituere.

Marchio Brandeburgicus conatur gerere perſonam Patriarchæ Magdeburgēſis quãuis laicus.

Delegati Proteſtantes Anno 1601. qui ipſi ſtatib. reliquis calculum ſuum addiderant, reuiſionem omnium cauſarum ex æquo eſſe expediendam, à reuiſione cauſarum illarũ, quæ Catholicis erāt adiudicatæ, reſiliunt; hoc prætextu, cauſas illas Religionis eſſe, ideoque non Iudicio Cameræ; ſed partium tranſactione componi. At deciſiones iſtæ, in nudo cōſiſtunt poſſeſſorio; nec cardo religionis vllus in iſtis verſatur, ſed iure ciuili facilè terminantur. tum etiā, quod caput rei eſt, pace religionis cautũ eſt, vt

Hæretici ludunt Iudicium Cameræ.

Digitized by Google

vt clero ſuæ poſſeſſiones, ac dominia rerũ inuiolata conſeruentur. At quomodo ab Harpys illis, ac vulturibus proteſtantibus, quod reliquũ eſt bonorum Eccleſiaſticorum tuebuntur Catholici, niſi iure communi experiantur, aut vim vi repellant? Omitto præiudicia varia, in cauſis ſimilibus, quas recenſent alij; quibus malæ fidei arguuntur Proteſtantes: tum etiam quod in controuerſijs quæ ex pace religionis violata ſunt enatæ, plurium ſuffragijs locus eſſe debeat. Redactis ad has extremitates Catholicis; nullum aliud aſylum eſt Iuſtitiæ, quàm ipſius Aulæ Cæſareæ Iudicium, & ipſa Imperij Comitia. Sed & hîc Proteſtantes ſuo non deſtituuntur ingenio. hoc enim poſtulant, vt ibi nó ſint impares numero; ſed paria habeant ſuorum ſuffragia, vt nata inter Catholicos Proteſtanteſque controuerſia, concurrentibus ſuffragijs paribus, quicquid litis eſt, decidi nequeat. Quas technas, cum Cæſar eradicatas vellet, reſtituendæ iuſtitiæ gratia, Anno 1603. Comitia Ratisbonæ indicit; quibus nihil actum eſt, eorundem Proteſtantium peruicacia. Denique ad Comitia Anni 1608. itum fuit. In iſtis ſectarij, qui non adhærent Cófeſſioni Auguſtanæ, hoc egerunt, vt, renouata Paſſauienſi tranſactione, ſuper religionis pace, ipſi etiam hac lege comprehenderentur: tum etiam, vt Catholici, oblitteratis actionibus, quas ſibi integras reſeruauerãt, ſuper ijs, quæ in fraudem conſtitutionum Imperialium ab anno 1555. commiſſa fuerunt, tot Archiepiſcopatuum, Epiſcopatuum, Abbatiarum, Monaſteriorum ſpolia ſibi condo-

Caluiniſtæ in comit. 1608 voluerũt cõprehendi in pace Religionis.

condonarent. Quæ cum iniqua eſſe viderentur Catholicis, vt & confeſſionis Auguſtanæ delegatis, negata ſunt. ab hac repulſa, cú nihil eſſet reliquum effugij; niſi labefactatis ipſis Comitijs, nolle ſe aiunt hoc Statuum ordinumue dici placitum, quod pluribus illorum calculis ſit approbatum: nec ſe paſſuros, vt ſententia aliqua, pro Catholicis lata, mandetur executioni &c. militem conſcribunt; ſpreto Cæſaris mandato, Iuliacum inuadunt: Franconiam, Alſatiam, & Epiſcopatum Argentoratenſem depopulantur &c. A morte Rudolphi Imperatoris, Palatinus alter Imperij vicarius, Aquiſgrani damnatos Cæſaris ſententia, pacis publicæ perturbatores, qui Magiſtratum Catholicum tribunali ſuo deiecerant, Conſules conſtituit. Deniq; Anno 1613. cum præſente Matthia Imperatore, Electorum, Principum, Ciuitatumque liberarum pluribus ſuffragijs concluſum eſſet, tractationem de reſtauranda Iuſtitia, vt maximè neceſſariam, omnibus pūctis eſſe præferendam, ſoli Nouatores, nolle ſe plurium votis teneri palam dicunt; Senatum aulicum Cæſaris abolitum volunt, & id genus alia. quod Aquiſgrani factum ſit interregni tempore, confirmari poſtulant. Petunt in locis Catholicis, ſuæ religionis exercitium; denique non ſe ferre aiunt modum, quo pluribus ſuffragijs ab Imperij Senatu decernantur negotia.

Caluiniſtæ anno 1613. noluꝰ plurium ſuffragijs vinci.

Hęc ego per indiculū ſaltē attingere volui, vt Germani cogitēt, quid Imperij habuerint maiores, qui Carolos, Othones, Henricos viderūt; & quo æuo iā ſint: tū etiā, manu quaſi exſerta tangāt, quib. debeāt præſētes calamitates, quib. eo peruentū eſt, vt deſperatū videatur, remediū

velle properare, bonis omnib. liberũ certè eſt iudiciũ, nõ alios quã Proteſtãtes eſſe, (quo nomine cẽſeri volũt etiã Caluiniſtæ;) qui ſolẽnes pacis tã ſacræ quã profanæ, leges, Imperij cõſtitutiones, Cameræ Iudicia violarint, ſupremã Cæſaris authoritatẽ maieſtatemq́; cõculcarint, comitia diſſiparint, Romanum Imperium iuſtitia & iuriſdictone ſpoliarint.

Sed ad Bohemos regredior, qui quã probe diſciplina illa, quã à Proteſtãtib. acceperũt, vſi ſint, ex ſcripto, quod Anno 1618. typis vulgatũ eſt, quo cæſar Bohemici mot' fundamẽtũ recẽſet, paucis excerpẽdũ hoc loco duxi. An. M. DC. XI, quo Matthias Imperator Regnum Bohemiæ gubernãdũ ſuſcepit, grauiter ei queſtus eſt Abbas Brunauiẽſis, quod ſubditi ſui nõ tãtũ ſe inſcio & inuito, ſed & plurimũ obnitẽte, tẽplũ in oppido Brunauia, quod nõ aliũ Dominũ, quã ſe poſſet agnoſcere, vellẽt exſtruere, imò ſpreta denũciatione ac inhibitione, quã feciſſet legitimè, ſummo conatu, per cõtumaciã, fabricæ exædificãdæ, ante oculos ſuos inſiſterẽt. petijt itaque ſupplex, vt dignaretur Regiã auctoritatẽ ſuã interponere, quo ſubditi illi, quib. nullũ omnino ius eſſet exædificandi cæptã fabricã, ab illegitimo inſtituto dimouerẽtur; tũ etiã, ad fidẽ obediẽtiãq́; quã ſibi Domino deberẽt, præſtãdã adigerẽtur. Cæſar, cui æqua videbatur Abbatis petitio, iuſſit Brunauienſes facti ſui rationes reddere, & interea ab opere incæpto remittere. Hi neutro paruerũt, ac ne reſpõſo quidẽ, duplex illud mãdatũ Regiũ dignati fuerũt, ſed ad Defenſores ſeu Tutores collegij atque vniuerſitatis Pragenſis confugerunt, tantoque animoſius ſtructuræ

Bohemĩ Caluiniſãnt.

Origo motus Bohemici prima; vti ab ipſo Imperatore Matthia, vel nomine eius. deſcribitur.

Abbatis Brunauienſis ſubditi contemnunt edicta Regis Matthiæ.

Digitized by Google

inchoatæ incubuerunt, quanto ſibi validius patrocinium, ab auctoritate illorum defenſorũ, iam adquiſitum putabant, quorum hortatu ac litteris, ne latum pedem retrocedere, ſed quod ſerio inchoatum eſſet, inſuper habitis quibuſcunque mandatis Regijs, viriliter perficere iubebantur. Anno 1616. cum Cæſar, peractis negotijs, quæ in alijs Prouincijs obiuerat, Regnum ſuum reuiſeret, & hãc litem quoq; compoſitam pacatè cuperet, etſi in illos refractarios potuiſſet iure grauius animaduertere, Diploma illud, quod Maieſtatis vocant, conſuluit, & trãſactionem, quam Religionis vtriuſque conſortes iniuerant, penitius introſpexit: atque ex illo cognouit, Ordinibus Regni factam poteſtatem exſtruendi Templa; ſubditorum verò, ac præſertim eorum qui ab Eccleſiaſticis dependent, nullam prorſus factam mentionem. ex hac verò perſpexit, quod eadem poteſtas extendatur ad ſubditos Dominiorum Regiorũ, ſed certa limitatione; adeo vt nihil præiudicatũ ſit iuribus alicuius tertij. Proinde, euocato ad ſe Comite à Turri cum duobus collegis ſuis, in hanc ſtatuit ſententiam: nempe, ſubditis nihil iuris eſſe, in fundis Eccleſiaſticorum, templa exſtruendi, ſiue prætextu litterarum Maieſtaticarum, ſiue tranſactionis ſubſecutæ: imò quod illi, qui opem aut præſidium turbulentis ſubditis impertiantur, nullam rationem cui inniti queant, producere norint. Defenſores, huic quamlibet iuſtiſſimæ, non acquieſcentes, rem ad Collegas referunt, eorum ſuffragia expiſcãtur; nouos ſubtilitates, interpretationes, conceſſiones comminiſcuntur, pro lubidine, ac quic-

Rex Matthias oſtendit ſubditos Eccleſiaſticorum nõ eſſe ius exſtruẽdi templa.

quicquid ſubditis Regiorum Dominiorum, non quidem ab ipſo Rege, ſed à tertio conceſſum eſt, ad bona Eccleſiaſtica, ſubditoſq; Eccleſiaſticorũ extenſum volunt: idq; hac ratione potiſſimũ, quod piæ fundationes illæ, Reges fundatores agnoſcant, ac bona Eccleſiaſtica, peculium Cameræ (quam non proprio aut ſano intellectu) nominari ſoleant. Et hanc interpretationem, declarationi Regiæ aduerſariam, vſurpata, ad id, ſuprema poteſtate, Defenſores illi Brunauienſibus inſinuant, ac præſcribũt, verũ hũc eſſe nucleum, ſenſumq; Trãſactionis verum, eundemq; contumaciter propugnant. Vnde ciues obfirmatiori animo facti, neq; mandatis Regiæ maieſtatis ſæpius repetitis obſequi, neque à cæpto abſiſtere, neq; claues templi, vti ipſis pręceptum erat, ad Cancellariam Bohemicam deferre, donec capita eorũ primaria, ac velut choragi ſeditionis illius, iuſſu Regis, tum Imperatoris, in carcerem pertraherentur. Lite ſimili, in pago Cloſtergrab, exorta, cum loci illius Dominus, Archiepiſcopus Pragenſis, ad mandatum Cæſaris, iure ſuo vſus, templum, quod ſubditi propria auctoritate exſtruxerãt, demoliri feciſſet, Defenſores illi, nouã ſibi occaſionẽ, tumultuũ cõcitãdorũoblatã rati, nouũ cõciliabulũ cogũt eorũ, qui eiuſdem ſunt, in fide, profeſſionis, (quos ad diſtinctionem Catholicorum, ſub vtraque nominant) quanto poſſunt numero maximo, nunc illud eſſe, quo de ſalute agatur; priuilegijs vim fieri; Diplomati Maieſtatico ſtrui inſidias; militares copias magnas, quæ contra leges patriæ opprimant patriam, in campum iam eductas; extrema quæque, ni aduigilent, imminere; his

Bohemi tumultus cōcitant. & id genus commentis alijs omnia promiſcuo terrore perfundunt. Qui rumores cum in plebem plus nimio ſuſpicacem, tam falsò quàm doloſè diſperſi, in apertam ſeditionem prorupturi viderentur, ſolicitè Imperator litteris ad locum tenentes & officiales Regni datis, hoc egit, vt concurſus illi ac conſpirationes diuellerentur, ac ſi quid controuerſi inter Status, ſuper religione incideret, illud, in aduentum quem maturaturus eſſet, ſuſpenderetur, edixit; ſuisq; priuilegijs quilibet vteretur frueretur, pro ſuo lubitu. Quibus nihilo meliores facti Defenſores illi, Anno 1618. *Prædicantes Tubæ ſeditionis.* die 21. Maij, cum pridie per ſuos Prædicantes pro concionibus, inflato claſſico plebem concitari ad ſeditionem curaſſent, ea cōſilia nefariè inierunt, quæ proximus dies Mercurij, qui fuit Maij 23. detexit: de quo ſupra. Mox, animis, ad audenda quælibet, obfirmatis, Capitaneum arci Regiæ pręfectum, ciues vrbium *nefaria Bohemorū facinora.* Pragenſium aliarumque à fide Regi iurata deſciſcere, & in verba ſua dicere ſacramentum adegerunt; alios pœnæ ſeruos, & vinculis mancipatos, authoritate priuata, fractis ergaſtulis libertati reſtituerunt; alios ſuæ Maieſtatis miniſtros, in carcerem compegerunt; alios bonis exuerunt. Arcem Caralſtein, Regiæ Coronæ, theſauro, Regni priuilegijs cuſtodiendis ſacratam, Burggrauio cęterisq; publica Regis, totiusq; Regni conſenſu auctoritatis iuratisque officialibus ſubmotis, occuparunt. in pecuniam Cis-montanorum Hungariæ confinium munitionibus deſtinatam, aliosque pro-

Digitized by Google

prouentus Regios, manus violentas iniecerũt; Prouincialium contributionum quęſtores loco mouerunt, alios ijs ſubrogarunt: contributiones dictas, quod ne Regi quidem licuiſſet cõtra tenorem generalium Regni Comitiorum, in alios vſus impenderunt; fideles ſuæ Maieſtati Regiæ ciues, minis in ſuas partes cõpulerũt; ſacratiſſimorũ Cæſarũ Regũq; munificẽtia, vnanimi omniũ Regni ſtatuũ ſuffragio ſcholas, ac celebrem Academiã Pragẽſem, Profeſſoribus viriſque religioſis tota Prouincia expulſis, vaſtarunt; exercitum equeſtrem pedeſtremq́ue infeſtis animis ſcripſerunt; legationibus ad Principes Imperij, Reges atque Reſpublicas exteras inſtitutis, fœderationes, animorum, armorumq́ue conſociationes, contra Imperatorem, Regem ac Dominum ſuum quęſiuerunt.

I nunc Palatine curculio, quiſquis es, & homines, neſcio quos, in ius rape, qui indulta Principum, obligationeſq; diſputando, vt ais, in dubium vocare, & annihilare, non rarò, conati fuerunt. Si Ieſuitas innuis, manifeſti teneris mendacij. Docent Ieſuitæ verbis minimè ambiguis; ſi Princeps Catholicus paciſcatur cũ hæreticis de toleranda libertate, quam ſine maiori detrimento impedire non poteſt; ſine dubio fidem ſeruandam. Rationem addunt; quia fides ſeruanda ſit in omni pacto licito & honeſto: ac tolerare libertatem religionis, ad euitandum maius malum, eſſe licitum & honeſtũ &c. Quare tui ſubſellij viris tale quid perſuaſeris: apud Catholicos fidẽ nũquam merebere, quibus

Vide Becan. reſp. ad Aphor. Caluiniſt.

quibus caluiniſta eſt idem quod Ariſtoteli homo à lege & iure ſemotus, id eſt omnium, ſi memini, animalium deterrimum; quale ſcilicet illud hic ſupra, quoad eius potui breuiſſime ac moderatiſſime, ex rebus, in Imperio & Bohemia, geſtis deſcripſi.

Fides Bohemo- Palatina.

LAudatiſſimum Bohemiæ Regnum, cum annexis Prouincijs quod attinet, norunt omnes, quo pacto Religio Romana iam, à multis retro ſæculis in eo decreuerit, ac orienti Euangelij luci locum paulatim conceſſerit. Nec minus norunt plerią;, quanta certamina exinde ſint conſecuta; quæą;(licet irrito ferè conatu) Pacificationis media ſubinde quæſita; media ſcilicet, ne controuerſijs in infinitum abeuntibus, diſcordia animorum creſceret, ac ſocietas humana his in partibus penitus diſſolueretur.

Elenchus.

Rabulæ forenſes, qui cauſam tueri nequeunt eloquenti veritate, cũ victores tamen videri volunt, loquentia quadam futili, & clamoribus infamis perſtrepunt. Simile facit hic fumiuendulus, cui nimium plus vocis quàm mentis elargita eſt natura, ſiue eſt ex tribu catechiſtarum, ſiue Ergaſilorum Heidelbergenſium; hoc ſolo felix, quod nemo Alexander nunc imperat. Audiret enim ſuſpenſus, appoſito ſupplicij genere, hoc præconis; fumo punitur, qui fumum vendidit; imò qui auſus eſt Imperatori Ferdi-

Lamprid.

à Bohemo-Palatinis cauſa 3.

ri Ferdinandi grande periurium inpingere, ac perfidos Patriæ proditores dicit, quos conſtat viros eſſe auitæ patritæq; religionis ac virtutis obſeruantiſſimos; de quibus infra. Ait blatero Religionem Romanam à multis retro ſæculis in Regno Bohemiæ viciniſque Prouincijs decreuiſſe. hinc illę, inquam, lacrumæ. Religio illa Romana, neglecta aut prolapſa traxit vna ruina ſecū Bohemiā. Non vanè Lactantius; *Ideò mala*, inquit, *omnia rebus humanis quotidie ingraueſcere, quia Deus Mundi huius effector, et gubernator eſt derelictus: quia ſuſcepta ſunt, contra quàm fas eſt, impiæ religiones* nec à multis retro ſæculis illud eſt. Sæcula duo effluxerunt; & iam tertium inimus, à quo infelix Huſſus in orcheſtram proſilijt, exorſus hanc tragædiam, cuius bonam ſperare vix poſſumus cataſtrophen. Patent vulgo hiſtoriæ, quæ Hydra, illo incentore ſuſcitata, Regnum illud peruaſerit, cum publica priuataque rerum ſacrarum profanarumque vaſtitate. At quæ illa eſt lux Euangelij, cui orienti locum conceſſit Romana Religio? quis facem prætulit? ſi lampadem habetis ab Huſſo veſtro, nihil illa ad Lutherum, vel Caluinum: hic vterq; enim ſuam ſibi facem, longè diuerſam ab Huſſi candela, inuênit. Ac ſcire velim, qua fæderatione poſſit fieri, vt Huſſitæ, Picarditæ, Zuuingliani, Lutherani, Caluiniani promiſcui, religioſos illos Bohemię Ordines vnanimiter poſſint conſtituere, quos Vtraquiſtas nominare poſſumus Nunquid Huſſitæ ac Lutherani hactenus (non enim ſcire poſſit quiſpiam, ſit ne in plures annos eadem duratura ſententia:) credunt ſe reapſe partici-

dicitur quòd Ferdinandus iuramentū Statibus præſtitum &c. violauerit.

lib. 5. Inſtit. cap. 8.

 pes fie-

Diſcrepātia Huſſitiſmi & Caluiniſmi.

pes fieri corporis & ſanguinis D. N. Ieſu ſub vtroq; panis & vini ſymbolo? At Picarditæ ſeu Caluiniani, qui nunc familiam ducunt in Bohemia, credunt, quòd verum corpus ac ſanguis Chriſti, tāto interuallo diſtet à Cęna ſua; quantò Cælum Beatorum à terra diſſidet. quæ ergo fingi poteſt huius religionis cum altera affinitas? vel quæ lux eſt illa, quæ affulſit vobis ex Euangelio tam diſſono, tã diſcrepanti? ſi penes Huſſitas lux eſt, tenebrę erunt Aegyptiacę apud Picarditas, ſin apud hos lucerna eſt, illis nox eſt. Quid iſti luci, cũ illis tenebris? quid tenebris cũ illa luce? Vultis abſoluam vna linea? fumus, caligo, nox eſt, ex Apocalypſeos puteo, in quem pręcipitatis, vt Andabatæ, de luce, ſine luce depręliantes, vt angues in Meduſæ clypeo, caudis mutuo cõſerti varijs gyris ſpiriſque ſe diſtorquent ac capitibus diſſidentes, mutuo veneno ſe conſpuunt: ſic veſtra eſt hæreſis, varia religione plurimumq; à ſe inuicem diſſitis fidibus, vt ſic dicam, ſeſe mutuo inficiens; hoc ſolo concors, vt auerſetur vnam illam veram Religionem, cuius vnum, Chriſti inſtituto, ſpectabile caput eſt B. Petrus, eiuſque ſucceſſor, Legũ Interpres in ſede Romana, à qua quotquot, veluti Auentina ſeceſſione abruperunt, non aliter atq; vulpes olim Samſonicæ caudis tantũ colligatæ, huc illuc, auerſiſſimis capitibus, ſuas ſingulæ vias cucurrerunt, ad ſuccendendã Philiſtinorum ſegetem: ſic exorbitantes per varia opinionũ errõearũ diuerticula, veluti ſigno cõmuni dato, vt euertãt ordinem Magiſtratus Eccleſiaſtici ac Politici. Ad exempla prouoco, quæ Bohemis ſunt domeſtica. Quid Taboritas armauit

mauit cōtra ſuū Regem Sigiſmūdū? Quid Ziſckianarum Eumenidum & Erinnyum ſtimulauit truculentiam? Quid infamem illam, à Carolo V. ac Ferdinando I. defectionem ac perduellionem concitauit? Quid Rudolphum II. in arce Pragenſi obſeſſum tenuit? Quid Matthiam, hac noſtra ætate, Regno ſuo exuit? Quid Ferdinandum II. à Regno ſuo excluſit hactenus? Quid Friderico Palatino Ferdinandi diadema impoſuit? ſola eſt hæreſis, quæ labefactat omnem Magiſtratum, ac naturam totius vniuerſi, omnemque ordinem euertit.

Fides Bohemo-Palatina.

PRo hoc tam inueterato malo ſanando, nullum pro tempore viſum præſentius remedium, quàm ſi certis cōpactatis ac libertatis, in Fide, Conceſsionibus, Concordia (dum meliora ſeſe remedia detegerent) vtrinq; firmaretur. Dum fixa ea lex & rata perſtitit, nemo fuit, qui de temporum iniquitate queretur.

Elenchus.

HAcreſeos ferale hyppomanes, malum illud eſt, quid ſi dicam inſanabile? adeò partu hæreticorum monſtroſiſſimo nihil eſt fœcundius. vnius Lutheri vide ectypoma, exigua certè fuerunt eius initia, in Saxonia. oppugnabat indulgentiarum Eccleſiaſticarum abuſum. at non abolebat recepta anti-

quitus Sacramenta, non vellicabat operum bonorum merita, nõ euertebat Romani Pontificis, & Epiſcoporum authoritatem, & quamuis impurum damnabat cęlibatum; non tamen copulabat vxores ſacerdotibus. At idem ille, haud multo poſt, aura populari, & ſtudio contentionis prouectus monachus tot annos ac ſacerdos, duplici cõtinẽtię voto ſacer, virginẽ Deo conſecratã, nec ab alio fortaſſis corruptã, abiecto ſuffibulo coitu inceſto ſubigere, omniaq; inſtituta Eccleſiæ Catholicæ mox vno populo differre nõ eſt veritus. Quæ cũ populo ſecũdo fierent, quid inauſum intentatúque reliquerunt Carolſtadius, Munzerus, Zuuinglius, Caluinus, alij? Non minus quippe liberum ſibi quiſque voluit à Luthero abire, quàm ipſi ſuiſſet à Papa diſſilire. Ac Bucerus quidẽ, vbi Lutherum carpit, quod ſibi non patiatur contradici, *ſi exigit*, inquit, *ne quis à ſe vlla in re diſſentiat, probet ſe eſſe Deum.* Quod Bucerus in Lutherum, hoc alij viciſſim auſi ſunt in Bucerum, & in ſeipſi inuicem, vt iam in numerum ire nequeas omnium hæreſium, quæ natæ, quę denatæ ſint, vno ſæculo. Certe iam tum viuo Luthero VVicleffiſtarum octo pugnãtes erant interpretationes iſtorum verborum; (Hoc eſt corpus meum) vt ipſe teſtatur libello, quem paulo ante mortem ſcripſit. Andreas Oſiander, Melanchthonis eiusq; diſcipulorum quatuordecim enumerat diuerſas de iuſtificatione opiniones: ipſe, de ſuo, his addit quintam decimã.

In Dial. aduerſus Melanch.

Cõfeſſione de Vener. ſacram. Euchariſtiæ.

Libell. cõtra Nycticoracum quendam ep. 1. de Reg. ordin

Quoties ego cauſam indagaui tam portentoſæ, quæ eſt in factionibus hæreticorum tam varijs, diſcordiæ, & in iſta ſumma diſcordia, prodigioſæ illius contignationis, vbi agitur

Digitized by Google

cõtra ſacroſanctũ Hierarchię Catholicæ ordinẽ, cõtraq; Magiſtratũ Politicũ, qui hũc vult ſaluum & incolumẽ, nõ aliã inueni, quàm crimen inobedientiæ. Verè Saluſtius olim; *Peſſimus quiſq; aſperrimè rectorem patitur.* Nec in alio, quàm qui bonus eſt, diſpoſitio inuenitur conſtans parendi, pro facultate, legitimi ſuperioris Edicto, gratia ipſius honeſti. *non aliud eſt, vinculum fidei* (iudicio Liuij, ac meo) *quàm parêre melioribus.* Quid hæretici? *nubes ſine aqua, à vento circumlatæ, ſtellæ erroneæ; hi ſunt murmuratores, queruli, incedentes ſecundum libidines ſuas. qui nolunt illis auſcultare, quos Spiritus S. conſtituit* ποιμαίνειν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ, verè ſic, ab ipſa Apoſtolorum ætate, in hæc tempora, compertum habemus eos, qui monentem Apoſtolum repudiant; (vbi ait; *Obedite ductoribus veſtris: ipſi enim vigilant pro animabus veſtris;*) nullo itidem negocio qualemcunq; Magiſtratum contemnere. Nam qui tales ſunt illi non ſcripturæ mentem ſuam accommodant, ſed mentem ſcripturarum torquent ad volũtatem; nec, quà ducit religio, ſequuntur; ſed ducunt ipſi, qua volunt, religionem. Quorum furorem cum Magiſtratus Eccleſiaſticus, ac Politicus conatur legitimis modis compeſcere, ad arma prouolant, hoc celeuſmate; *Oportet magis obedire Deo, quàm hominibus.*

Hæc mera libertas; hanc nobis pilea donant. Perſius.

Ecquam volunt, Gracchi illi, concordiam, quibus Compactatis in fide, Conceſſionibus firmandam? Quæ lex illa fuit, qua ſtante, *nemo fuit, qui de temporum iniquitate,* vt loquuntur, *quereretur?* Quo legislatore? quando? vbi

epiſt. c. de Repub. ordin. lib. 22.

epiſt. cath. Iudæ. 5. 12. 13 & 16

Comment. rerum ab Apoſt geſtarum c. 20. 5. 28. paſcere Eccleſiam Dei.

Heb. 13 17

Magiſtratus Eccleſiaſtici cõtemptores facile ſpernunt politicum.

hæc nata aut lata lex eſt? vt Picarditis eadem libertas eſſet, quæ Huſſitis? Ex hiſtoriarum annalibus liquet, Picarditis, in Bohemia, nullam fuiſſe libertatē, aut ſecuritatem; ſed illos varijs Edictis, Reſcriptisq; Ladislai Regis, vt & Imperatorum Ferdinandi I. Maximiliani II. Rudolphi II. ex Regno Bohemiæ eiectos, contumaciamque illorum legitimis pęnis ſæpe compeſcitam fuiſſe. Nec magis Picarditæ, religionis pace, tueri ſe poſſunt in Bohemia, quam Caluiniſtæ in Imperio Germanico, extra Bohemiam, quod & membrum eſt Imperij, eandem pacem, vt ſcutum, obiectare poſſunt; à qua ſunt excluſiſſimi. In decreto Ferdinandi I. Cæſaris, quod conſeſſu omnium, totius Germaniæ, ordinum, conſenſuque vnanimi Anno 1555. proclamatum fuit, verba tam clara ſunt vt nulla arte Caluiniſtica eludi queant; *Omnes alij qui ſupra nominatis duabus religionibus non adhærent, hac pace non comprehenſi, ſed omninò excluſi erunt.* Duæ autem illæ Religiones ſunt antiqua, id eſt, Catholica, & confeſſio Auguſtana, quod eſt extra omnem controuerſiam. Fruſtra in omnes formas ſe Caluiniſtæ vertunt, vt perſuadeant, ſe contineri eadem pacis promulgatione. & inaniſſimus ille fucus eſt, quo Confeſſionem Auguſtanam accipere ſe dictitāt, ſecundum verbum Dei intellectam, vti Pareus in Palatinatu, & alij aiunt alibi. Nimis rotundum Lutheranis os eſt, in tot colloquijs, Smalcaldię anno 1537. Ratisbonæ anno 1541. Francofurti Anno 1558. Naūburgi anno 1561. & alibi habitis, quibus Caluiniſtas, Zvvinglianos & alios, quos vocant ſacramentarios, à Cōfeſſionis Auguſta-

Picarditæ à religionis pace, in Bohemia, ſunt excluſi.

Verba ſũt formalia idiomatis Germanici: Doch ſollen alle andere/ ſo gemelte beyden Religionen nicht anhängig/ in diſem Friden nicht gemeindt/ ſonder gäntz-

næ conſortibus, ſeparatos, excluſos, reiectos aſſerunt. Quæ cum ita ſe habeant, quid inſolens ſibi vult ille Picarditarum, Taboritarum, Huſſitarum ſyncretiſmus in Bohemia? aut cui Magiſtratui præiudicat? Sed ponamus, conuenire (quãtũ ſat eſt oppugnãdæ Fidei Catholicæ, & perturbãdo Ordini, quẽ Deus conſtituit ſuum cuiq; Reipublicæ) Bithis illis & Bachijs: quid habent cur arma conſocient? perduellionem moueant? vbi conſcientijs (ſi quas habent, aut iure habent,) illata vis fuit? nihil comminiſci poteſtis, nihil fingere, nihil pingere: niſi quod Ieſuitæ ſunt, qui ſcripturarum oraculis, Patrum authoritatibus, Theologorum rationibus iugulum ſæpius petiuerunt; heus, non veſtrum, non hominum aliorum; ſed errorum veſtrorum, ac fraudium. Et quam gratiam hiſce veſtris Aeſculapijs, pro cura animarum veſtrarum ſuſcepta, reponitis? audiamus.

lich ani-geſchloſ-ſen ſein.

Fides Bohemo-Palatina.

At vbi feruidi hi turbarum præcones (eam ſcilicet mortalibus felicitatem inuidentes;) vt Dauus alter in Comedia prodierunt, extrema audere parati potius, quàm de præconcepta ſua perſuaſione, omnia ſub poteſtatem Papæ Eccleſiaſticam, & alterius cuiuſdam exteri Politicam, redigendi, mirũ quã in mõmẽto, quaſi omnia in peius ruere cœperint.

Elenchus.

Solus te iam præſtare poteſt
Furor inſontem; proxima puris
Sors eſt manibus, neſcire nefas.

Seneca Herc. fur.

Hederâ ſaltem aliquâ tuos illos thyrſos velare debebas, Milphio; nec Dauis comparare Patres Societatis, vel hoc ſaltẽ nomine; quod hi ſunt, quorum frõtes matutinas ac vigilias haut recta intueri ſuſtinent Catecheſilatrę tui Heidelbergenſes. Non Hectorem Græci, non Achillem Troiani pernicioſius formidarunt, quam vos, Ieſuitas: qui tamen nihil aliud anhelant, quam vos ad ſaniorem mentem reducere. quem in finem, nihil ferè aliorum religioſorum faciũt, reliquum induſtriæ: quorum ſcriptis nihil ſtatuo edi poſſe aliud operoſius, neque in publicum, quod ſit vtilius, glorioſius, auguſtius. *ferridi illi turbarum præcones*, ais, *omnia ſub poteſtatem Papæ Eccleſiaſticam, & alterius cuiuſdam exteri Politicam redacta volunt.*

Plaut. Trucul. *Sine virtute argutum ciuem mihi habeam pro præfica.*

Ain tu Strobile? quã tu illam, & cuius exteri, innuis Politicam? Hiſpanum vis dicere, opinor, & Hiſpani Politicam. cur non eodem colore ac tinctura, quæ virtutis eſt, dicis, Ieſuitas fuiſſe, qui Adamum & Heuam, è paradiſo exturbatum, & Hiſpanorum iugo ſubiectum voluerint? Tu quiſquis es, qui mendacium non magis fędum habes, quam ſus lutum, an ignorare potes, quid doceant Ieſuitæ, de Romani Põtificis poteſtate? Ex ſcripturis ſacris probant, quod Chriſtus Beato Petro Apoſtolo, vt Paſtori Eccleſię ordinario poteſtatem dederit, ſua vice, erudiendi Eccleſiam ſuam, in vera fide ac moribus, adeò vt nulli errori eſſet obnoxius, circa doctrinam fidei: quodq́; eadem Petri authoritate, omnes legitimi huius ſucceſſores gaudeãt; ne Diabolus ſcilicet toti Eccleſiæ ali-

Ex cap Iob vlt. Matth. 16.

quan-

quãdo prævalere poſſet. Addũt, quod Roman' Pontifex ſucceſſerit B. Petro Apoſtolo; idq; aſtruũt *ex Auguſtino, ep. 65. ad Generoſum. ep. 106. ad Paulinum. ep. 157. ad Optatum. libro contra duas epiſtolas Pelagianorum. ex Hieron ep. 57. ad Damaſum. ex Concilio Nicano primo generali, quod ſub Sylueſtro celebratum eſt à 318. Patribus; Anno Chriſti 325. canone 39. ex Arabica tranſlatione. ex Concilio Romano, quod ſub eodem Sylueſtro fuit habitũ ex 284. Epiſcopis Anno Chriſti 325. cap. 20. Ex Cõcilio Sardicenſi, quod fuit Anno Chriſti 353. cap. 4.* Docent porrò, quod res eſt, hanc poteſtatem ſcilicet iudicandi de controuerſijs fidei, non eſſe ſubordinatam vlli politico Mgiſtratui; ſed immediatè à Deo conferri: quia finis eius ſit beatitudo tranſnaturalis; ac media quoque fundata ſint, in doctrina tranſnaturali. Politicum verò Principatum, ipſius rei natura diſtinctum eſſe, ab illa ſpirituali Iuriſdictione. Etſi enim Magiſtratus politicus à Deo ſit inſtitutus, tamen illum nihilominus eſſe iuris quoq; gentium, nec ipſius naturę terminos excedere, ſiue ſpectes ipſum finem, in quem ſubditi diriguntur; ſiue media, quæ in ipſo regimine, adhibentur; qualia ſunt, iura, leges, Conſuetudines, ſtatuta rectę rationi congruentia, ad finẽ ordinata, qui eſt in naturali beatitudine ciuiũ inter ſe degentium. Ac proinde nulli venit in mentem docere, quod, extra quaſdam Prouincias, quę ſunt in Eccleſiæ Romanę patrimonio, Regna ac Prouinciæ, in politicis, Romano Põtifici ſubiectæ ſint; aut quod in illis Iuriſdictionem ſæcularẽ habeat: qua de materia videndi ſunt Cardina. Bellarminus, Gregorius de Valẽtia,

Poteſtas Pontificis non eſt ſubordinata Magiſtratui politico.

Bell. l. 5. de Pont. c. 1. 2. 3. 4. 5 Valent. tom. 4. q. 22. puncto 6. Suarez def. fid. cõtra Reg. Ang. Pe rer. in Dan. l. 8. Pl. Capt.

tia, Frãciſc⁹ Suarez, Benedictus Pererius, & alij. *Nec ſubdolis mendacijs vſquã tibi integumentũ tuis; Nec ſycophantijs, nec fucis vllũ mantellum obuiã eſt. Neque deprecatio perfidijs tuis, nec malefactis fuga;*

Qui vides, Penicule Palatine, Ieſuitas apud Reges ac Principes Francorum, Polonorum, Italorum in magno pretio verſari, magnis beneficijs beari, & tamen eoſdem Ieſuitas eſſe ais, qui pertinaciſſime hoc agant, vt Hiſpano omnia ſubijciant. Diobolarem te ſcurram eſſe oportet, cui Imperatores, Reges, Principes, cęteriq; ordines Europæi tam ſunt fungi, caudices, matulæ; vt illis patrocinari nõ deſinãt, qui nullius æquè ſatagant, atq; eius, vt Imperiũ omne, quod in ſuos habent, in Hiſpanũ transferãt, atque, ex Monarchis Hiſpani fiant mancipia.

Fides Bohemo-Palatina.

AVcta quotidie in immenſum Religionis grauamina. Inprimis autem, contra datas litteras Maieſtatis, violentia alia ex aliâ enata; templa Euangelicorum recens ædificata, aut diruta aut occluſa; ſubornatæ comminationes, contra fidos Regni ordines; legitimæ & per viam iuris conceſſæ defenſiones inhibitæ; noua perſecutionum genera; contra miſeros ſubditos excogitata, ex queis non pauci nobiles & ignobiles, in periculum capitis & fortunarũ omnium innoxij ſunt vocati; etiam qui defenſionem naturalem omnibus conceſſam, aliaque extorta media, ad manus ſumpſerunt: vt ex ſcriptis compluribus, ordinum Regni nomine publice diuulgatis, eſt cognoſcere. Nihilominus hoſtiliter, ac vi armorum, in eos eſt ſæuitum tanta crudelitate, vt non modo Bohemiæ Regnum; ſed (quod palam eſt) Prouinciæ annexæ, & vicinæ, magna ex parte, ferro flammaque deformatæ,

matæ, æternum barbaræ crudelitatis monumentum exhibeat.

Elenchus.

PErge, quiſquis es, logographe ſeu mytholo-ge Bohemo-Palatine. cũ in Ieſuitas debac-charis, non te verſari in foro ſcis, in quo veri-tatem legibus ciuilibus, tui homines, metian-tur. Exſpectas vt probem, Pſeudole, hunc tuũ libellum famoſum eſſe, teque iuberi ex lege inteſtabilem? vis probem eſſe Deum? & *quod pluet, ſuper peccatores, ignis laqueos?* vis vt pro-bem? *quod dies veniet ſuccenſa quaſi caminus: & e-rũt oẽs ſuperbi & oẽs faciẽtes impietatẽ ſtipula: & in-flãmabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ non derelinquet eis radicem & germen.* Tanta confingeres de Ieſuitis, quanta *non dicam de la-trone latro, de ſcorto meretrix; ſcurra de mimo:* vt phraſin vſurpem S. Hieronymi. hac fini ſta-rent calumniæ, ferremus nonnihil, & eſſet no-bis ſat roboris Socratici, imò verò non aliter ferre poſſemus, quam ſi quis ad ſepulchrum mortuo dicat iocum. Sed quia, tu per Ieſuita-rum familiam, ac latus, duorum Imperatorũ capita ac Maieſtatem ſacroſanctam petis, vni-us denati; alterius viui, qui ſucceſſit ipſi in Im-perio ac poteſtate, non committam, vt alteru-tri hoc quantulum eſt, qualiſcunque defenſiũ-culæ videatur defuiſſe. Vetus verbũ eſt, qui bo-na fide Deos colit, amat & ſacerdotes. Ergo, qui-bonum ciuem ac Chriſtianũ, inquã, ſe perhibe-ri vult, legitimũ Magiſtratũ veneretur neceſſe eſt. Cræſi Lydorũ Regis celeberrimi filiũ natu-ra ſilentio damnauerat, vicit naturã affect', ac gladium

L. lex cor nel. ff. de iniur. & fam. lib. Pſalm. 10

Malach. 4.

Apol. 3. contra Ruffin.

gladium militis in patrem ſuum diſtricti, hac primâ voce præuenit & inhibuit; *Noli Regem ferire miles.* Ego, qui virulentiſſimum neſcio quem tympanotribã audiẽs, qui Hyenæ turpis inſtar ſepulchrum velut ſubit, ac cadauer Imperatoris vnius, (cuius Manes cum auguſtis Maiorum ſuorum animis, cœlo beatorum frui ſperamus;) lacerat, alterius viui famam, nefario auſu violat; vtrumque laruis Erinnyum induit; quæ vix congruè ſatis affingantur alicui Mezentio vel Phalaridi, nõ cõtinui ſtilũ ab hiſce quibuſcunque vindicijs, vt illorum vocẽ ac calamum eliciam, qui maioribus copijs vindicare poſſunt, conſcij rerum omnium, quæ geſtæ ſunt, ex ipſis archiuis. Ait herilis pernicies, *aucta quotidie in immenſum Religionis grauamina.* Non auxit, inquam, Imperator Matthias, non Ferdinandus. nec peccatum eſt quicquã ab alterutro, imò verò à maioribus illorum, quam quod nimia clementia, vt hoc ſalua Maieſtate liceat, contemptibiliorem Imperij poteſtatem ſibi fecerunt. Nimium nota ſunt vtraquiſtarum ingenia; quæ ſcilicet à maioribus illis ſibi habent inſita, qui cum Rex VVenceſlaus Caroli IV. Imperatoris filius, Sigiſmundi frater, in ſeditione quadam, ſibi elapſus eſſet è manibus, Curiam Pragenſem inuaſerunt olim, & Magiſtratum vrbanum è feneſtris præcipitarunt, in aciem ciuium haſtatorum, qui cum venerabili Sacramento, armati proceſſerunt ad concitandam multitudinem, Sacerdote Calicem præferente, ac hymnum præcinente *Pange lingua glorioſi.*

Si quid peccarunt Imperatores Auſtriaci ſola clemẽtia nimia peccarunt.

Eſt

Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum Horat.
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam

Nimirum gentis huius atque familiæ Vtraquiſticę, non minus, quam arboris generoſitas, ex fructuum probitate cognoſcitur. quæ indoles quidem, quo diutius per multas ætates transfunditur, eo certè generoſior ac petioſior iſta merito habenda, ſtemmatumque inſignibus ſplendidioribus exornanda. qua virtute, ne quid latum pilum viderentur maioribus ſuis Huſſitarum primis ceſſiſſe, ſpecimen illud nuper ediderunt in arce Pragenſi, vti ſupra dictum eſt, & etiã nũ exhibere pergunt illa perduellione contumaciſſima, tum etiam memorabili illa Comitis Palatini inauguratione; quam iure factam contendunt enixiſſimè, ob violatas litteras, quas vocant, Maieſtatis. adeò *deteriores omnes ſumus licẽtia*: & vt aliâs Comici verbo dicam. Terent. Heaut.

Plaut. Trucul.

Nullam rem oportet doloſè aggrediri, niſi aſtute accurateque exequare.

BOhemi dicunt, cõtra litteras Maieſtatis, violentiã aliam ex aliâ enatã. Licentiam, cũ Platone lubet dicere matrem impudẽtiæ. Negat illud Imperator ſeriò affirmatq; nunquam ſibi in mentem veniſſe, vt Priuilegia, immunitates, Diploma Maieſtaticum, decreta Comitiorum, tranſactiones, & quicquid inter partes, ſub vna & vtraque ſpecie, ſancitum ſit, reſcindere voluerit. imò verò, non ſemel, litteris ſuis, ac Diplomate fidem facit, quod ſi forte alicubi aberratum ſit, præter ſuam voluntatem ac mandatum, illud omne reſtituturum Plato. de l. dial. 3.

ſeſe

Digitized by Google

ſeſe inintegrum, ac bono fine terminaturum, vti ipſis litteris ſupra oſtenſum eſt. Negant cum Imperatore ordines Catholici, pars melior Bohemorum. Quæritur; vtri parti fides ſit habenda potior? Imperatorine ac Catholicis; an Huſſitis vtraquiſtis? vetant iura, *ne credatur cuipiam, in propria cauſa, in præiudicium alterius; itē ne quis in propria cauſa teſtari queat, aut ius dicere.* Tum etiā addunt Iuris interpretes, in rebus pleni præiudicij, plenas exigi probationes. Huſſitæ cum ſuis Picarditis, Caluiniſtis aſſerunt, violatas eſſe litteras Maieſtatis: ergo illis hoc probandum eſt. *l. ab ea parte. 5. lege, quidam. 15. l. verius. 21. leg. eū qui. 22. π. de probat.*

l. omnibus. 9. C. de teſtib. l. qui iuriſdictioni præeſt. π. de iuriſd. omn. iud. Alex. & Iaſ. in l. lud. C. de iud.

Templa, inquiunt, *Euangelicorum recens ædificata, aut diruta aut occluſa.* Ne quis, ex Inuectiua, ſeu libello hoc famoſo, de ſexcentis templis hoc intelligat; duo in vniuerſum templa illa ſunt, ſuper quibus tantam mouent Tragædiam. Quod autem ad hæc templa attinet; Cæſaris Matthiæ (prout ipſi Bohemi fatentur in Apologia, quam vna cum litteris ſuis, dicto Imperatori tranſmiſerūt XXVII. Maij; Anno CIↃ.IↃC.XIIX. cuius ſupra mentio fuit habita, reſcriptum ſuper illis peculiare eſt; quod circa duo illa templa (quæ Vtraquiſtæ videlicet fundo Catholicorum inædificauerāt) ac præſertim circa punitionem eorum, qui Monaſterio Brunavv ſubiecti ſunt, actum ſit, illud iure legitimo, atque ex mandato Cæſareæ Maieſtatis ſuæ factum eſſe. Iuris enim eſt minimè controuerſi, quod nunciatione noui operis facta, quieſcere debeat ædificatio: alias enim omne poſt nunciationem, vt illegitimè ædificatum, iure deſtruitur. & quia poſt denun-

ciationem, ſeu inhibitionem quod ſit, illud vi factum dicitur; ideo qui vi vel clam ędificauit, debet patientiam & impenſam tollendi operis *l. competit. 17. § fin. quod vi aut clam. l. 2. §. pen. ne quid in loc. publ. l. 3. §. item ſi locum. π. de alien. iudic. mut. cauſ. fact.* Qui Ioannem Archiepiſcopum Pragenſem, cuius fundo alterum erat templum inædificatũ, nouit, virũ illum ſcit sũma pietate, modeſtia, mãſuetudine; qui nemini ſciẽs volẽs quicquã ſit illatur' iniuriæ; ſed quãlibet poti' cõtumeliã pati, quã in minimò publicũ ſtatũ ac trãquillitatẽ perturbari voluerit, Abbas Brunauienſis facilè ſe tuetur auctoritate Cęſaris, & cauſæ æquitate. Probẽt Harpyæ illæ vtraquiſticę, ius ac fas ſibi eſſe, in fũdo alieno, ac præſertim Eccleſię Catholicę cõſecrato ędificare, domino fundi reclamãte. Cur nõ probãt ex litteris Maieſtaticis? quas quo iure habeãt, ipſi viderint. Notũ eſt, ꝙ Imperatorem Rudolphũ, in arce Pragenſi obſeſſum tenuerint, & litteras Maieſtatis, per vim ei extorſerint: quas tamẽ ſua epigrapha vel ſyngrapha non confirmarunt illi, quos oportebat illis, vt valerent, ſubſcribere. Porrò etſi non moroſè nimis hîc diſquirendum eſt, quid ab Imperatore Rudolpho, iſto caſu, quo vis maior ei fuit illata, cui tum reſiſtere non potuit, factum ſit ad euitandum maius malum: ſed, quandoquidẽ Bohemi nihil aliud crepant, quã litteras illas Maieſtaticas in Religionis negotio, quęri poſſit, idq; ſalua Maieſtate Imperatoria, an Cęſar aliquid potuerit innouare in cõmuni Religionis cauſa, in prę iudiciũ Summi Pontificis? Et dicendũ, quòd non potuerit Imperator præiudicare Eccleſiæ Catholicæ, vel Pontifici Romano, qui

l. un. infine. C. de noui op. nunciat. l. prætor ait. §. 1. & § prætor. ait π. eod. tit.

De vtroq; templo ſupra diſtinctius.

Literæ Maieſtatis nõ præiudicant Eccleſiæ, aut ſummo Põtifici in Religionis negocio.

Digitized by Google

illius caput eſt. Rationem negationis hanc ſtatuimus; quod iudex, qui controuerſiarum, in rebus diuinis, eſt arbitrator, debeat naturæ fines tranſcendere; quia natura humana eſt erroribus obnoxia, imo vero, ex ſe nihil cernit aut diſcernit in fidei myſterijs. At Imperator, vt Iure gentis ſeu conſuetudinis, quam habēt Bohemi, factus Rex Bohemiæ, non tranſcendit naturæ terminos, neque iuris gentium: Ergo non poteſt agere iudicem controuerſiarū, quæ metam naturæ excedunt. Sed ſolus Deus poteſt conſtituere hominem, qui vices ſuas in terris, obeat, omneſque de religione, motas lites terminet *armis potentibus Deo, ad deſtructionem munitionum, & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei*, &c. *in obſequium Chriſti* &c. Is autem cui Deus poteſtatem illam tranſnaturalem eſt elargitus, non eſt alius, quam Petrus Apoſtolus, & Petro ſuccedens Romanus Epiſcopus, vt paulo ante demonſtrauimus. verba Concilij Romani, quod ſupra citaui, Anno 325. celebrati hæc ſunt: *Nemo iudicabit primam ſedem: quoniam omnes ſedes, à prima ſede iuſtitiam deſiderant tēperari. Neq; ab Auguſto neq; ab omni clero, neq; à Regib. neq; à populo iudex iudicabitur*. *Cui ſubſcripſerūt* Epiſ. CCXXCIV. presbyteri XLV. Auguſt. Cōſtantinus, & mater eius Helena. Et, vt ab vtraquiſtis non abeam: Sigiſmundus Imperator, in Concilio Conſtantienſi, ſententiæ Patrum, qui damnabant Ioannem Hus, lubentiſſimè acquieuit.

2. Cor. 10. §. 4.

Cætera quæ attexuntur, de excogitatis neſcio quibus perſecutionum generibus, & id genus

genus alijs, tam ſunt falſa, quam verum eſt, Vtraquiſtas ſpreto iure diuino & humano, arma iniuſta mouiſſe contra Imperatorem Matthiam, quod veriſſimum eſſe, liquido demonſtratum eſt, quamque hoc ſit friuolum, ac inſulſum, quod fidẽ ſuis dictis futiliſſimis ſeplaſiarius ille Palatinus conatur aſtruere, ijs mendacijs ac calumnijs, quas Bohemorum ordines illi Vtraquiſtici impudentiſſimè diuulgatũt, etiã duodecennes pueri intelligunt. tũ etiam, quia noti iuris eſt, quod nemo teſtimoniũ in propria cauſa poteſt ferre *l. omnibus. C. de teſtib. l. nullus π. eod.* item quod reijciatur teſtis inimicus cauſa expreſſa *auth. ſi teſtis dicatur. §. ſi odioſus C. de teſt.* ac repellatur ob crimen *c. 1. & 2. de except.* Ante tamen quam ad alia progredior, quæro ex vobis, cum Ieſuitas omnium calamitatum, quas exaggeratis, auctores eſſe clamatis, cur eos nunquam publicè accuſaſtis? aut cur non in pœna, id eſt priuatione omnium bonorum, & æterno exilio, qua vos ipſi, accuſatores ſcilicet ac iudices, contra omne ius diuinum ac humanum, inaudita cauſa, illos mulctaſtis, acquieſcendum vobis eſſe iudicaueritis? dicam quod res eſt; Etſi nihil aliud deliquiſſetis Vtraquiſtæ, quam quod Religioſos Societatis Ieſu, è Regno Bohemiæ exturbaſtis; templa, collegia, bibliothecas, bona illorum occupaſtis, vi armata; hac ratione maieſtatis læſæ rei eſſetis. *§. publica autem iudicia hac ſunt. de publ. iud.* de quo ſupra. A Cõſtãtino Magno permiſſum eſt hæreditates Eccleſiæ relinquere, & fana exſtruere. *can. videntes 12. q. 1. & l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Emanuel

Lib. 1. Iu re Orient. Constit. l. 1. Iur. or. tit. ne mo nast. bona immobilia desc.

Cõmenus, in oriente ſtatuit, vt Eccleſiarum & monaſteriorum bona immobilia, intacta ſint à fiſco: quod & aurea Bulla cõfirmauit. idẽ ſanciuit Alexis Cõmenus περὶ τοῦ μὴ ἀναγράφεσθαι τὰ τῶν μοναστηρίων ἀκίνητα. Pipinus Rex contra VVifarium Regem Aquitaniæ cum res quæ in ſua poteſtate erant, & ad Eccleſias, ſub manu Regis Pipini conſtitutas, pertinentes, rectoribus ipſorum venerabilium locorũ reddere, monitus per legatos, recuſaret, bellũ mouit: & cõtractis vndiq; copijs Aquitaniã ingreſſus, bello ſe res & iuſtitias Eccleſiarũ exacturũ pronunciauit, & ita coëgit imperata facere.

Ammoin. l. 4. de geſtis Frãc. c. 65.

In veterẽ morem.

Dum hunc §. finio, amicus meus ἀρχαιολόγος, A. B. S. I. T. librum quendam Lipſiæ recens editum, hoc anno CIƆ.IƆC.XX. à Ioanne Mylio, artium liberalium ac Phil. M. cui titulus; viel vnd längſt gewündſchter gründlicher warhafftiger Bericht/ ob was/ woher vñ wiefern/ der Churfürſtliche Sächſiſche Oberhoffprediger Herr D. Hoe/ mit der Böhmiſchen Sach/ vnd ſonderlich der fürgangenen wahl/ eines newen Königs in Böhmen/ zu thun gehabt/ vñ wie es vmb das von ihme an dẽ Herrn Graffen/ Joachim Andre Schlicken/ gethane ſchreiben bewandt ſeye. ꝛc. id eſt; Sæpe ac diu optata, fundamentalis vera deductio, An, quid, vnde & quatenus, Electoralis Saxonicæ Aulæ primus concionator D. Hoe, cum negotio Bohemico, ac præſertim habita electione noui Regis in Bohemia, rẽ habuerit: tũ etiã quid ſit de ſuis, ad D. Comitem Ioachimũ Andream Sclick, miſſis litteris. Ex hoc ſcripto curſim nõnulla, quę non abs re præſenti eſſe duxi, hîc enoto. Receſet My-

ſet Mylius ille, quomodo ordinum Bohemiæ, poſt ſolenne illã de feneſtris præcipitationem, delegati, Anno 1618. prima vice Dreſdã venerint, & ab Electore Saxoniæ audiri petiuerint; Itẽ ſecũda vice, initio Iulij eiuſdẽ anni in eodẽ negotio oppulerint; D. Hoe vnicè rogauerint, vt, ordinũ negociũ, quãdoquidẽ Relig. cauſa agatur, ac gloria Dei ſcopus ſit vnicus, Electori Saxoniæ, omni meliori modo, & quoad poſſit humanitus cõmendaret. Super quo D. Hoe ſuſpenſum tenuerit animum cum ob alias cauſas, tum etiam quod intellexiſſet, quomodo Cæſarea Maieſtas ſæpius vltro addixerit permiſſurum ſe, abſque vllo impedimento, liberũ Religionis exercitium, quodque coronam iuxta Maieſtatis diploma clementiſſimè vellet tueri. Imò quod D. Hoe noluerit Electorem Saxonię animare, ad opem Bohemis ferendam contra ſuam Maieſtatem, vel hoc potiſſimum nomine, quod ſub prætenſa Religione, non vera Euangelica, ſed etiam maximè detrimẽtoſa Caluiniſtarum Religio comprehenderetur. Narrat porrò Mylius, quomodo D. Comes Schlick Domin. 11. poſt Trinitatis. IIX. Auguſti, itẽ poſtridie, id eſt 9. Auguſti Anno 1619. ſupputatione veteri, cum D. Hoe prolixius egerit: quod nempe ordines omniũ ſex Prouinciarũ prorſus decreuiſſet, repudiata Maieſt. Cæſarea, ad Electionẽ noui Regis pergere, & quãdoquidẽ omne negociũ, hactenus ob Euãgel. Religionẽ ſit agitatũ, velle ſe Principẽ, qui veræ puræ Luth. Relig. addictus ſit ac nominatim Elect. Saxoniæ eligere; atq; eũ in finẽ ſe ablegatũ, vt intra paucos dies, acceptis quę ad hoc requirantur, literis

Puncto 3. pag. 8. 9. 10.

Comes Ioach. And. Schlick à Bohemis ad Saxonem miſſus, ad offerendã ei Coronã.

literis

Digitized by Google

litteris, Coronam ac ſceptrum dicto Electori offerret, &c. idcirco petere ſe à D. Hoe, vt ſic vellet Electorem diſponere, quo Coronam non repudiet; non remiſſuros ſe ab incæpto, quãuis, ſciant ægrè ad id inducendũ Electorem: qui licet, cũ Iona prorſus mare nauigaturus, aut cũ Saule poſt vaſa ſeſe occultaturus ſit nõ diſtituras ab inſtantia ſex Prouincias. pag. 17. recéſet, quomodo D. Garthius (fuit hic Theolog⁹ Lutheran⁹, & cõcionator Pragę:) ex animo optauerit, vt aliter potuiſſet cedere electio; imo quòd firmiſſimè ſperauerit ceſſuram fuiſſe, vti propria ei⁹ manu, probari poſſit. p. 18 exponit, quomodo Dom. Hoe nihil magis anxiũ habeat quàm quod Religioni Lutheranę damnum ingẽs hac proſpera Caluiniſtarũ tẽpeſtate, ingruat nõtas eſſe artes, ac praxes Caluiniſtarũ Theologorũ, & Theologaſtrorũ furentiũ politicorũ, qui, licet Princeps nullius perturbatã velit cõſcientiam, tamen in omnibus conſtitutionibus, nomine Principis vti ſiue abuti norint; imò verò Electoris conclauibus inſcribere audeãt;

Was ſie gleich auch gar mit Jona auf dz meer ſich begeben/ oder mit Saul hinder die Faß ſich verſtecken wolten

O Caſimire potens ſeruos expelle Lutheri,
Enſe, rota, ponto, funibus, igne neca.

Pag. 20 narrat Mylius, quid relatu D. Hoe acceperit; nempe quod Comes Schlick, in arce ſua, trecentas vulpes incendiarias Sampſonis, in honorem Caluiniſtarum delineari feciſſet, ac vulpes incendiarias deſignaſſe Caluiniſtas. eadẽ pag. quod Satyrographus ſeu Paſquillographus aliquis extollit, qua pompa ſit (Friderici Palatini) peracta coronatio; quodq; quamdiu fuerit Corona Bohemica, nulla iſto ordine, tam concors, tamq; diuina electio ſit peracta, atq;

Brar d ſächſe.

illa

illa fuerit; illud D. Hoe ſuo loco relinquit. valdè tamẽ dubitat, an, ob iſtã electionẽ, oẽs aliæ ſuperiores, pro inordinatis, diſcordibus ac nõ diuinis iam cenſeantur à Bohemis. Multum illud vno bolo fore, ac non tantũ illud omnibus iſtis Statibus inclytæ Coronæ, qui ante id elegerint, ſed etiam omnibus ac ſingulis Regibus Bohemiæ in magnum cõtemptum, ac ludibrium cedere, &c.

Es wer viel auff einẽ Biſſen.

Pag 22. ponit Mylius, non diſſimulaſſe Dominum Hoe, quòd eiectio Ieſuitarum non ſit iuxta tenorem diplomatis Maieſtatici; quãdoquidem in hoc ipſo, tale quid contra Sacerdotes, ſub vna ſpecie, ſit expreſsè veritũ. quodq; Comes Schlick ipſe idem dixerit, tum etiam enarrarit, ſemet Egra Pragam ſcripſiſſe, Proceſſum contra Ieſuitas eſſe preproperum, ac Tranſactionibus aduerſari, verba formalia hæc ſunt: **An dem zwar iſt/ das er (D. Hoe) darfür gehalten/ die Außſchaffung der Jeſuiten ſey dem Mayeſtätbrieff nit gemeß/ weil darinnen dergleichẽ wieder die Prieſterſchafft / der eynerley geſtalt deutlich verbotten / vñ dz hat Herr Graff Schlick ſelber geſagt / darneben erzehlet / daß er von Eger auß nach Prage geſchrieben / der Proceß wider die Jeſuiten ſey geſchwind/ vñ den auffgerichten Vorträgen zu wider.** Cum verò amica turbarum ſperaretur compoſitio, non diffiteri Dom. Hoe quod dixerit, vereri ſe, quòd ex altera parte vehementer vrgenda ſit Ieſuitarũ reſtitutio; nihilominus tamẽ ſpem ſibi eſſe de Tranſactione, propter illos, non negligenda: ſi quidem ante id quoq;, Ordines Euangelici Ieſuitas in tutelam ſeu protectionem ſuam

Lutheranorum iudicio iniquè Bohemia exacti Ieſuitæ.

ſuſceperint, vti anno 1611. factum ſit &c.

Pag.29.ſic habet: Quare Papiſtis aliquãto plus quã Caluiniſtis fidendũ ſit, cauſa iſta eſt, quod illi in Pacẽ Religionis iurauerint; hi verò nũquã ſuper ea nobis (Lutheranis) cauerint, ſed ſimpliciter in noſtrũ exſtirpationẽ ac dãnationẽ cogitationes intenderint. vnde veris Euangelicis (Lutheranis) ad animũ eſſe reuocãdum, quid de Religione ſperandum erit, vbi ſemel nidos ſuos fixerit Pareus, qui ſtrenue pugnet Commentario ſuo in Epiſtolam ad Romanos, quod Magiſtratus Chriſtianus, in ſuo territorio, nõ aliã prorſus, quã vnicã ſolã, eãq; veram (iudicio Caluinianorũ, Caluinianã;) permittere debeat. Deniq; p.43 cõmemorat, quomodo Comes Schlick, cũ pudẽdũ in modũ, nulla venia abeũdi petita, aut data, ſibi Dreſda eſſet diſcedendũ, nec litteræ illæ plurimis ſigillis munitæ, (de quib. tã multa paſſim verba fecerat, quarũq; argumẽtũ iã ſe præſcire, aut tenere nõ diſſimulauerat:) ſibi fuiſsẽt ſubmiſſæ, multis aſſeuerationib. ac ſũmopere declarauerit, ſe bona ſua, quę haberet in Bohemia, è veſtigio venditurũ, nec permanſurum ſub imperio Caluiniſtarum: ſed ad Euangelicos ſeceſſurum.

Pareus docet quod Princeps debeat vnicã tantum Religionẽ permittere.

Cauſã huius ſcripti Apologetici, q; pro Doctoris Mat. Hoe vindicijs edidit Ioh. Mylius, ſi quis forte deſideret, hæc eſt, quã pauculis addo lineis. 23. Aug. An. CIↃ. IↃC. XIX. D. Matth. Hoe, ſcripſit Comiti Ioachimo Andreę Schlick, ex animo ſe, vices illius, dolere, quod in cauſa illa cognita, tã fęde deceptus fuerit à vulpib. incẽdiarijs illis Calu. qui vt tãto liberi' res ſuas agere poſsẽt, os illi obleuerint; ad 16. milliaria à ſe amo-

Litteræ Doctor is Hoe ad Comitem Schlick.

ſe amouerint, hac cõſolatione, vt illud exponeret, quod & alijs nõnullis aperuerit, & ipſi Electori Saxoniæ inſinratũ ſit. interea verò tẽporis, dũ Dreſdæ cõmoratus ſit, hac ſpe, quod opus eſſet operaturus, in Dei gloriã, in ſolatiũ vniuerſæ, veręe, Euãgelicæ, Lutheranæ Eccleſię ceſſurũ, lõge aliud quippiã Domini Caluiniſtæ cuderint; aliquot probos Euãgelicæ fidei profeſſores ſeduxerint, vt idẽ cornu ſecũ inflare coacti ſint. *Miſereatur*, inquit, *Deus; quod in mentẽ nõ veniat Eccleſiæ Euãgelicæ. Quæ ſpes tandẽ melioris hinc, in futurũ cõſequetur? Nũquid ſpiritus ille inquietus Caluiniſticus, vbi rerũ potitus erit, nobis tolerabiliora præſtabit, quã Papiſtæ? Iſtud verò nũquã crediderim. O dãnũ, ò ingẽs dãnũ tot nobiliũ prouinciarũ, quod oẽs illæ Caluiniſmi faucibus immergẽtur. Ab occidẽtali Antichriſto abrũpere, & orientali Antichriſto illũ permutare, exiguũ eſt profectò emolumẽtũ.* Denique cõſolatur Comitẽ, hoc ipſo, quod, Deus nimirũ ex illo malo hoc boni elicuerit, ne qua illius rei ſe faceret participẽ, obteſtaturq; inſuper per amorẽ Dei, ac Chriſti vulnera, vt Zelũ iſtũ, quo accẽſus fuerit aduerſus ſũmè noxiam, blaſphemã, dãnatiſſimãq; doctrinã Caluiniſticã, nõ remittat, vel hoc nomine, quod iugũ Papiſticũ ferre nõ potuerit; iugũ illud Caluiniſticũ autẽ nõ ſit minus in ſupportabile, imò verò lõgè intolerabilius. Cęteroquin purget factum ſuũ, corã Electore (Saxone) ac dolũ Cal. aperiat.

Cuicũq leuiter ſaltẽ guſtare cõtigit Tiberim, nõ poteſt hũc cãdorẽ Saxonicũ, ac Lutheranæ dignũ libertate, nõ cõmẽdare, ac ſuis quibuſq, locis applicare circa hãc rerũ Bohemicarum vertiginem.

Fides Bohemo-Palatina.

ATq; equidem, cum memoratæ prouinciæ, multis iam annis, imprimis verò hiſce poſterioribus, vicinæ Hungariæ, contra potentiſſimum hoſtem Turcam, fidam ſemper operam præſtiterint, pro defenſione imprimis ac ſuſtẽtatione propugnaculorum limitaneorum, nec ſanguini nec fortunis ſuis pepercerint, hanc tandem gratiam tulerunt, vt modo dictæ arces & propugnacula, milite, armis, & commeatu planiſſimè nudarentur; quæq; pro Turcis propellendis fuerant deſtinata, in ipſorummet, qui ea liberaliſſimè ſuppeditarunt, perniciem & exſtirpationem conuerterentur. Nec multo aliter in alijs Imperij Prouincijs, quæ exſoluendæ ab antiquo reſtabant, in Turcas contributiones, non ſolum rigidè exigebantur: ſed à circulis quibuſdam Imperij, in particulari, pecuniæ pro arcium limitanearum defenſione, aliæque nouæ contributiones petitæ & obtentæ, non ad Collimitij (quod prætendebatur) defenſionem, ſed fidorum Imperij membrorum oppreſſionem erogabantur. Hoc quid eſt aliud, quam murum Chriſtianitatis Turcis obiectum, non tantum ſponte perforare & ſuffodere, ſed & Hungaricam nationem hoſtium ſeruituti exponere?

Elenchus.

VEtus dictum eſt, nihil eſſe grauius calumnia: in qua duo, vt plurimum ſunt, qui inferunt iniuriam; & vnus ſaltem qui eam patitur. Calumniator eſt, qui infert iniuriam, hoc ipſo quod abſentem accuſat, & qui accuſanti fidem habet, tantum non in pari culpa eſt; eo quod innocentem damnat cauſa inaudita. Qui abſens eſt innocuus, & ab ipſo calumniatore affi-

Digitized by Google

afficitur iniuria, & ab ipſo, qui præbet aures calumnijs. Hyena iſtęc Bohemo-Palatina Matthiam Imperatorē inclytæ recordationis, Cœlo Maiorum ſuorum tamdiu adſcriptum petit infectis dentibus, vt in Ferdinandum II. virus linguæ colligat. Quod à Bohemis pro nominis Chriſtiani conſeruatione, aduerſus communē eius hoſtē, ac tyrannidem Mahometanam erogatum eſt, illud bene collocatum dicimus. Quod Prouinciæ fęderatæ idem cum Bohemis fecerunt, bene factum ducimus. nec tam vili ſumus animo, vt bonum factum, in hoſte, non poſſimus laudare. Reddiderunt debita? cui tributum, tributum: vectigal, cui vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem? Ex Pauli præſcripto, ac Dei mandato fecerunt. Si quid præſtiterunt præter debitum, pro beneficio cenſendum fuit. Sed quod omnia illa quę recenſentur de arcibus & propugnaculis, quæ milite ac commeatu nudata ſint: quæq; aduerſus Turcas erogata ſunt, in ipſorummet conuerſa ſint exſtirpationem, hoc verò eſt intolerabile. Perdidiſtis vinum, infuſa nimium frigida: ſi quid boni collocaſtis in Matthiam Imperatorē, hoc tāto malo adoperijſtis, vt nec fructus aut voluptas inde ad Imperatorē redūdauerit; nec vos aliud maneat quam ſempiterna infamia. Et ſi verum audire vultis, quid de nōnullis beneficijs, quæ aliquando in Imperatores Reges veſtros contuliſtis, habendum ſit: dabitis mihi veniā, ſi de illis dixero, quod Fabiū verrucoſum ait Seneca dixiſſe; beneficiū videlicet, quod ab homine duro aſpere datum ſit, panem lapidoſum eſſe, quem eſurienti neceſſa-

Rom. 13.

Ipſi Bohemi pecuniam Ciſmontanorum Hūgariæ cōfiniū munitionibus deſtinatā expilarūt; de quo ſupra.

ceſſarium ſit accipere, durum tamen & acerbũ eſſe. Beneficia quędã ſic interdum erogauiſtis vt impetrantẽ aliquãdo pœnituerit. Scitis enim, quid nõ inmunitatũ, ac neſcio quid nõ priuilegiorũ, vrgẽte aliqua neceſſitate, aut Rege veſtro in extremis, cõſtituto extorſeritis. Scitis, quid, neſcio quorũ priuilegiorũ obtenſa neſcio qua vmbra, aduerſus Regẽ veſtrũ Imperatorẽ Romanorum, in illa ſenectute, atq; inualetudine ſua extrema, deliqueritis. Falſò dicitis, quòd ille vos oppreſſos voluerit. cõtra propriam cõſcientiã agitis, quoties ſpargitis, quòd vos exſtirpatos voluerit. Non ille murum Chriſtianũ Turcis obiectum vnquam voluit perfodere; ſed fulcris nouis ſemper ſtabilire. Non ille Hungaricam Nationẽ voluit hoſtiũ ſeruituti exponere, ſed illam, vel proprij corporis vitæq́; obiectu, quod fecit bellis contra Turcam geſtis maximis, in libertatẽ vindicare. Non Imperator Matthias fuit; Nõ Ferdinandut eſt, qui turbatam voluerunt Rempublicã Chriſtianã. quo ſuper proteſtationes, diplomata vtriusq́; publica, tã ſunt manifeſta, quàm ſol lucet meridie. vtraquiſtarũ anteſignani ſunt nonnulli, quorum malitia, cum ipſa maximam veneni ſui partem bibiſſet, Gabrielem Bethlen, ad occupandam Hungariam, ac depopulandam Auſtriam, è Tranſſyluania euocauit: *Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt: veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem.* vbi leges eſtis, quibus interdum maieſtatis crimẽ eſt habitum, maledixiſſe Principi? *Modeſt. l. famoſi. 7. ad l. Iul. mai. inπ.* Diuina lex eſt: *Dijs ne detrhaas, & principi populi tui non maledices.* vbi pœnas

Bohemi ſuis Regibus Priuilegia, in neceßitatatibus eorũ extorſerunt.

Pſalm. 13.

Exod. 22.

pœna es hodierna? vbi vindicta, quæ olim fuiſti? Locuta eſt Maria contra Moyſen, propter vxorem eius AEthiopiſſam, ac percuſſa eſt lepra. Percuſſi ſunt quatuordecim millia hominum, & ſeptingenti, abſq; ijs qui perierant in ſeditione Core; quæ verborum iniurias nondũ exceſſerat.

Fides Bohemo-Palatina.

SPeramus autem, notum eſſe pleriſq; quàm non ſolum cum S. Romani Imperij benè animatis Electorib. & Principib. ſed & alijs quibusdam Regibus, incipiente & augeſcente periculoſo hoc incendio, omni fide & diligentia, de eo cõmuni auxilio reſtinguendo laborauerimus, ſed & fidis ac ſinceris admonitionibus pariter & interceſſionibus, ſi quidem lenioribus remedijs locus aliquis ſupereſſet, nihil intentatum reliquerimus; vt oſtenderemus nihil nobis gratius & optabilius accidere potuiſſe, quàm ſi diſsidium hoc, inter Principem, ſibiq; commiſſos Prouinciæ ordines & ſubditos, adhibitis antiquo more ipſis Prouinciarum delegatis, maturè & in herba ſopiri & aboleri potuiſſet: cum teſtetur experientia, longè remotorum Regum ac Principum interpoſitione rarò diſsidia feliciter cõponi; ſæpius tempus conſumi; ipſaq; morâ pericula aggrauari, vt alia incõmoda prætereamus. Teſtãtur autẽ & reliquæ circũſtantiæ, quid de re tota ſit ſentiẽdũ, dũ nõ ſolũ in puncto ſuſpenſionis armorũ, menſes bene multi ſunt cõsũti, hoſte interea impune graſſante, Regnũq; depopulãte: ſed & poſtea, cũ interpoſitionis negociũ agitaretur tẽpus nõ minus ſegniter eſt è manibus emiſsũ; cũ tamẽ in huiuſmodi occaſionib. mutuis offenſionib. durãtibus, ac incũbẽte vi hoſtili, maturiora lõgè & efficatiora remedia requirãtur. Adde ꝙ res fuerit planè factu impoſsibilis, gliſcẽtibus hoſtilitatib. ſecuritate nulla nec data nec accepta, per

medium

Digitized by Google

medium Interpoſitionis, ſalutare quicquam ac pro bono Reip. ordiri aut perficere.

Elenchus.

LAcones, vt memini, Cteſiphontem quendã eiecerũt, quod profiteretur, de re qualibet totũ dié poſſe dicere; addita hac dãnationi ſententia; Boni eſſe oratoris ſermoné reb. parem habere. Fieri enim vix poteſt, auctore Plutarcho, vt garrulitatem non comitetur maledicentia. Locutuleius iſte, dũ verbis humidis ac lapſantibus, ſtudium ac induſtriam Comitis Palatini, ſuper reſtituenda inter Matthiam Imperatoré ac Bohemos, pace, multis extollit pluribus Imperatorem vituperat, quod nõ illam viam ingreſſus fuerit, qua ire debuerit. Ego, ne verbis tam multis, tam pauca dicam; ſed plura paucioribus; dico; Quod Romanorum Imperatorem non decuerit, cum ſubditis perduellibus, tam diuinæ, quam ſuæ Maieſtatis imminutæ reis, turpem atque Imperatorio Regioque ſuo nomine indignam pacem facere. Ad literas ac Diplomata Imperatoris prouoco; ex quibus ſtrictim hæc, etſi ante iã dicta ſunt, repono. Scripſit Imperator ad Bohemos, quoad eius potuit fieri pacatiſſimè. Primũ; nõ ſe adduci poſſe, vt approbet, quod Bohemi VVilhelmũ Slauata, de Chlũ, & Iaroslaũ Borzita de Martinitz &c. ſuũ locũ tenẽtes, ac Secretariũ, fideles ſibi dilectos, è feneſtris, tã horrendũ ac barbarũ plane in modũ, præcipites deturbauerint. Secũdũ eſt, quod hoc facinus tã immane ac crudele patrauerint, in Arce ſua Pragẽſi Regioq; throno, in Cãcellaria

ria Regni, vbi ſumma ſecuritas, lociq́; religio obtinere deberet. Tertiũ eſt, quod nõ decuerit ordines ſub vtraq́;, contra illos, vt locũ ſuũ tenentes ac miniſtros, citra vllam, ad ſe, delationẽ præmiſſam, citraq́; viã Iuris ordinariam, cauſa prorſus inaudita, inſurgere ac procedere. Quartum eſt; Quod ordines ſub vtraq́;, ſine ſua, vt legitimi Regis ac Domini præſcientia voluntateque non debuerint copias militares equeſtres pedeſtreſq́; conſcribere, apparatus bellicos inſtruere, præſertim, vbi de nullo hoſte cõſtet. Quintum eſt; quod nefas ſit, per illam copiarum militarium conſcriptionẽ minimè neceſſariam, fideles ſibi dilectos ſubditos, præcipuè verò egenos homines in Diœceſibus circuliſq́;, in extremam miſeriam calamitatemque demergere; aliaque nefaria, quæ poſt illas, quas ſibi miſerint, litteras patrauerint, aggredi. Sextum eſt, quod ordines ſub vtraque, non debuerint iſta & alia, ſub hoc prætextu committere, quaſi Diploma Maieſtaticum, ſuper libero Religionis ſub vtraque, exercitio abolendum ſit. Primò; quia nihil ſibi vnquam propoſuerit, quod ad oblitterationem abolitionemque ſiue diplomatis illius Maieſtatici, ſiue initarum inter partes, ſub vna & vtraque, conuentionũ, Tranſactionumq́; faceret. Secundo; quia nulli alteri, vt quicquam fieret in præiudicium illorũ, vnquã conceſſerit. Tertio; quia, numquid alius forte è Statibus Regni ſui Bohemiæ, tale conatus ſit, de eo nihil ſibi vnquam cõſtiterit. Quartò; quia non alia voluntate fuerit, aut ſit, quã vt Status, ſub vna & vtraq́;, ſua manu aſſerat, eoſq́; cum Priuilegijs, libertatibus, litteris

Maie-

Digitized by Google

Maieſtaticis, Comitiorũ receſſibus, trãſactionibusq; vltro citroq́; initis tueatur. Quintò; quia nihil ſibi prius foret, quã vt citius meli⁹, in propria perſona, ad thronũ ſuũ Regiũ, inter ſuos fideles & obediẽtes ſubditos triũ Statuũ, incolarũq́; redire; ac omne illud, quicquid ſuper iſto cõtigerit, quodq; forte an ex errore ſiniſtroue ſenſu quopiã, in hanc vel illã partẽ detortũ fuerit, cũ Dei gratia, præ manib⁹ ſumere poſſet ac cõponere. Sexto; quia, cũ partim præ corporis inualetudine, partim præ negotiorũ aliorũ põdere, Ipſe, iſta tẽpeſtate, in Regnũ ſuũ Bohemię proficiſci nequeat; ſine vlla mora, certos ſpectatos ac primarios viros, ad cõplanationẽ expeditionẽq; eius, quod præpoſterè fortaſſis admiſsũ fuerit, cũ plena poteſtate, delegaturus ſit. Septimò; quia ſi quiſpiã, quicũq; cuiuſcunq́; ſit ordinis, alicubi forte ſe grauatũ sẽtiat, iure ordinario, ſecundũ tenorẽ Priuilegiorũ regni, litterarũ Maieſtaticarũ, Edictorũ, libertatũ, conſtitutionũ, vti frui poſſit. Octauo; quia nemo ſui ipſius Iudex eſſe debeat. Quibus ſic poſitis, mandat Imperator clemẽtiſſimè ac paternè (quãdoquidẽ illa, quæ tumultuariè, citraq́; omnẽ ordinẽ iuraq́; manifeſta, ac contra ipſorũmet Priuilegia ſint præcipitata negocia, bono fine terminari nequeãt;) vt tempeſtiuè conſiliũ in melius commutent, damnis omnibus, cum proprio tũ accolarum abſtineant, pacatè mutuo agant; ſicuti & Ipſe (quãprimũ videlicet ipſi vtpote qui primi arma ſumpſerint, collectas copias, à ſignis dimiſſas exauctorauerint) militem quẽ, pro ſui defenſione neceſſariò ſcripſiſſet, ſacramento exſolutum exauctorare, omnemq́; controuerſiam placido fine terminare velit.

Quæ omnia hîc, ex litteris diuerſis, ac diplomate Imperatorio, vti ſupra receſsui, de induſtria volui redingerere tibicini illi nô Arabico ſed Bohemo Palatino, qui

Neſcio quid ſecum graua cornicatur ineptè: Perſ.

Dũ occinit toties belli calamitates, quarũ cauſã in Matthiã Imperatorẽ, auguſtę memorię, & in Ferdinãdũ II. illius in Imperio, ac Regnis Hũgarico ac Bohemico, ſucceſſorẽ vaniſſimè flagitioſiſſimeq; conijcit. Qui nondũ ὄνου κεφαλὴν ἢ συὸς καρδίαν ἔχουσιν facilè intelligunt, nihil à Principe, ad ſubditos rebelles, ſcribi potuiſſe, ſalua maieſtate, clemẽti⁹, nihil lenius, nihil mãſuetius. Tam facilè Bohemi, tum potuerunt in gratiã redire cũ ſuo Rege, quàm Ouini⁹ Camill⁹ olim potuit recõciliari Alexãdro Seuero: qui cũ intellexiſſet illũ rebellionẽ moliri, ac tyrannidẽ affectare, ad ſe vocari iuſſit, ac gratias egit, quod Reip. curã ſuſcipere vltrò tẽtaret. Arma, quę temerario nefarioq; auſu, primi, nulla cogẽte neceſſitate, nullo metu hoſtili vrgẽte prehẽderãt, ad Cęſaris nô dico mãdatũ, ſed expoſtulationẽ benigniſſima ac monitionẽ paternã, abijcere; cõiuratos pauculos turbones, immaniſſima ſeditionis violẽtiſſimę capita, noxioſq; parricidas, in pęnã arbitrariã dedere, è veſtigio; qui circa religionis negociũ, aut extra illã, ſe alicubi grauatos putabãt, ius ſuũ ex tenore Comitiorũ Anni 1610, ſecũdũ formulã ijsdẽ Comitijs expreſſã, proſequi debebant. Nihil horũ fecerunt perduelles; ſed iã ante, cũ ipſo nẽpe ſeditionis exordio, Principis iure violato, penes quem eſt poteſtas Magiſtratum creare, præficere, cum priuatos quoſdã extremę temeritatis homines, ſeditioſorum patronos conſtituiſſent, qui pro

Aſini caput, aut Suis cor habent.

Ad. Lamprid.

Digitized by Google

poteſtate magiſtratuq; (quales manifeſtò tenẽtur Maieſtatis, lege Iulia;) ſcientes volentes, dolo malo, omnia in contemptum ſupremi Magiſtratus ſui Regis gererent, ne quidem vlla reſponſione Regias litteras dignati ſunt; Diplomata Regia conſciderunt, peſſum dederunt; immodicis exactionibus ac tributis, populum miſerrimum, Imperatoris ſubditos excoriarunt; oppidis ijs, quæ in fide Regi data perſtabant, ac præſidiarios ab Imperatore, in omnem euentum, ſuſceperant, excidium vltimum, vi armata, comminati ſunt; quædam ſũma vi in poteſtatem redegerunt; deniq; progreſſum hoſtilem, initijs illis turbulentis non indignum fecerunt. Quid ex aduerſo hîc Imperator? nonne arma, pro ſui Regni defenſione, vel potius recuperatione debuit mouere neceſſario? nõne ſigna infeſta in Catilinã, ſiue Spartacum illum, eiuſq́; complices immittere? Et quibus legibus Romanorum Imperator, cum teterrimis illis perduellibus, pacem facere debuit? vidiſſent, inquies, arbitri, quibus quibus potuiſſent; Electores ſcilicet Palatinus & Saxo, pro Bohemis, Elector Moguntinus, & Dux Baioariæ, pro Imperatore. An Imperator Romanorum, in cauſa ſubditorum ſuorum debuit ſimpliciter compromittere, ſine vlla clauſula, ſuper dedendis ſibi proceribus rebellionis auctoribus? An compromiſſo non fuit adijcienda clauſula? [vt ſi quatuor illi diſſentirent, quintum aſſumerent.] Quem hîc quintum inueniſſent Arbitri? Diuiſis vtrimq́; ſententijs, quod futurum erat, ex illa Religionis diſparitate, partes vtrinq; ſuæ ſententiæ ſuæ voluiſſe elige-

eligere ſuffragatorem : adeò vt tutius ſit in arbitros imparis numeri conuenire. *l. item ſi vnus. § principaliter. π. de recept. arb. can. ſpeciali, de Appell. c. 1. de arbitr.* Quicquid ſit, ne quid intentatum relinqueret Imperator, ex compromiſſo ad arbitros illos ire voluit. Sed, cum nemo cogatur arbitrium ſeu compromiſſum, in ſe recipere, detrectauit hoc oneris Seren. Dux Baioariæ, vt accepimus: vel quia, vt mea quidem coniectura fert, pro illa ingenij ſui grauitate iudicauit, non ex authoritate Maieſtatis Imperatoriæ; vel Principum S. R. Imperij eſſe, de famoſis delictis, vt loquitur Iulianus Iurecõſultus, ad arbitriũ iri, vel de ea re, de qua publicum iudicium conſtitutũ eſt, quæq; vtilitatem reſpicit publicam; qualis eſt vindicta maleficiorum. *l. ita vulneratus. π. ad legem Aquil.* vel quòd pro illa, qua valet, ſagacitate, neſcio quid artium Caluiniſticarum latêre ſuſpicatus ſit: nec Bohemos, ſuo tantum Marte iſtud exhibendæ Tragædiæ exorſos eſſe præludium. Ad me quod attinet, ſi quidem ex præteritis conijcimus & præſumimus futura; *c. Mandata. 6. §. fin. & c. ſcriba eis. de præſumpt.* ex conſuetudine, voluntatem; *l. librorum. §. quod tamen Caſſius. π. de leg. 2.* item ex præſentibus alia non præſentia; *c. ex ſtudijs. de Præſumpt.* inter illos me agere non diſſimulẽ, quibus, (nõ aliter atq; Iurecõſultis aperta ac violenta eſt præſumtio, quæ videtur cauſas habere neceſſarias præcedentes: vt ſi quis inueniat vxorem prægnantem, quam nõ ſtrinxit vinculo carnali, præſumptio violenta ſit, ab alio eſſe defloratam: vel ſi, ex decennali peregrinatione redux, anniculũ domi offendat.)

ca. innotuit. vbi Panorm. & conſil. 64. Ang. con. 84.

l. non diſtinguemus 77. § Iulianus indiſtincte π. de recept. arbitr.

F non tam-

I. cum ſiliū diſini-tus & de ijs qui ſunt ſui vel al. iur.

Catholicorū nimia ſecuritas.

nõ tātū prona, ſed etiā violēta eſt ſuſpicio, facinoris illi' cõſiliū multò ante coctū fuiſſe, à nõnullis ſiue Catechiſmi Heidelbergēſis ſiue Cõſ. Belgo-Batauæ Protoſynagogiſtis; qui domus Auſtriacę potētiā magis oderūt, quā Hannibal olim Romanos. Dū Cathol. intra muros Semiramidis agere ſe arbitrātur, in medijs Halcedonijs; illi Conſo, conſiliorū Deo, maioribus hoſtijs optimè litant, id eſt, occultiſſimè. nec res tantulacunq; fit, contra Auſtriacos, quam non hamis aureis piſcētur. Habēt nõ in Europa tātū, ſed & extra illā ϖλακȣσάς ſuos ſtipendiarios, veluti exploratores, in ſpeculis, qui ſecretiſſima quæq; rimantur; & vt vultures triduo dicūtur cadauera præſentire, ſic turbas in Rebuſp. hinc inde orituras præſagiunt; ſcintillis aridam ſuperſtruunt, flammis oleum affundunt. Tot annos iam nouimus Neptuni alumnos; qui referūt elementum illud cognatum, turbulentum. ad minimum belli ſignum aduolant, & ex leuicula quadā cõmotiuncula, moles illa ac machina cõiuratorū, mēbris, omnibus ceu manus ſerentariorum ocyſſimè impellitur. videmus Aeoli filios non tuliſſe diutius hanc pauculorū annorū malaciā, ac Domus Auſtriacæ tranquillitatem.

Plin.

Caluiniſtæ ſuos vbiq; ſpeculatores habent.

Hęreſis eſt Caluinianorū (de Lutheranis hic nõ ago, qui agni ſunt apud lupos illos vt dixi, veſpertinos:) quę motu & inquiete gaudet; diu ſub pellibus nõ hyemat. Nuper ex clandeſtinis aliquot annorū coitionibus, cum illa Bohemorū perfidia, ceu iam deteſtis inſidijs proruperunt, ac Romani Imperij, Imperatorūq; Auſtriacorū ſtomachum letali vulnere ſpetiuerunt.

Aſpicis hæc? an te, Genitor cum fulmina torques,

Nequicquam horremus? cæciq; in nubibus ignes
Terrificant, animos, & inania murmura miſcent? Virg. Aeneid. 4.

Ego pedem retraho; hac vna quæſtione: ex qua ſyllogiſmum formet, cui lubebit. Fridericus Elector Palatinus, diſſidiū inter Imperatorem, & ſubditos eius interceſſione ſua libenter cōpoſuiſſet: ſed tales fuerunt vtrimq; circūſtantię inter diſſidētes, vt non aliter videretur Imperatori, quàm bello iuſto ac neceſſario finiri poſſe diſſidiū: quæritur; an hoc ipſo nō ſit via ſat iuſta Friderico Palatino ſtrata, vt poſt mortē Imperatoris, excluſo Imperatore Ferdinando, (iam tū, viuēte ſuo patruele Imperatore Matthia, in Regē Bohemiæ electo & coronato;) Regnū, illud Bohemiæ titulo iuſto poſſideat?

Fides Bohemo- Palatina.

QVid quòd exoptatiſſima pacis conciliandæ occaſio, ab exceſſu Matthiæ Imperatoris laudatiſſimæ memoriæ, neglecta fuit, an abiecta? inſtinctu (vt credibile eſt) & artibus improborū quorundā. qui cum legitimis medijs, ac ordinaria Iuris via, cupiditates & vindictā ſuā explere nō poſſent, armis maluerūt; eoq; pro animis cōmotis & irritatis Bohemorū demulcendis & cōciliādis, nō fidos & prudētes Regnicolas, nec ex optimatib. integriores, ſed ipſoſmet perduelles, patriæq; ſuæ incēdiarios, omnib. ſuſpectos & exoſos, immo & exteros, & qui ab exteris depēdebāt, ſequi maluerūt. Vnde factū, vt loco realis ſatisfactionis & ſecuritatis plenariæ, quæ Iure optimo, in re tā ſeria ab Ordinibus exigebatur, verbales confirmationes & chartaceæ reſcripta offerrentur.

Elenchus.

ALphonſus Rex Arragonum, mulierē impudentius ſaltantem videns; Exſpectate, ait, mox Sibylla edet oraculum.

Plaut. Amphit. *Concedite atque abſcedite, omnes de via decedite.*

Omnia mihi hîc infra indignationem verba ſunt, quibus proſcribendum dicam ſæculo infandum illud caput Therſitæ ſeu Archilochi, qui à violatis Manibus Imperatoris Matthiæ, dentibus infectis ijſdem, Sacratiſſimi Imperatoris Ferdinandi caput viuum petit. Sed paret artem ac diſciplinam; obtineat colorem: maledicere temperabit huic Principi, ſi ſapit: quem ſi Religionis aram; tribunal Iuſtitiæ, prudentię delubrum; manſuetudinis ſacrarium; moderationis, humanitatiſque lararium; virtutũ theſaurum dicamus, parum dicere nos profiteamur neceſſe eſt. Teſtatum dedit Cæſar Ferdinandus, & litteris ſuis, quas ad Electores ac ſtatus quoſdam, Roteburgi congregeatos, X. Sept. CIↃ. IↃC. XIX. emiſit, & ſcripto Francofurti edito, quam iniquè ſecum agãt Bohemi, quod ſiniſtras prætenſiones ſuas, quibuſcunq; prætextibus ac coloribus vndiquaque conquiſitis integere ſtudeant. ſiquidem ex rei veritate ſit, quod ſtatim ab exceſſu prædeceſſoris ſui Matthiæ Imperatoris, ſimulatque gubernatio Regni Bohemiæ, ſibi vt legitimè electo, proclamato, coronato, vncto atque inueſtito Regi ceſſerit, pacificum, ſincerum, ac publicæ tranquillitati maximè deditum animum ſuum Regium, Ordinibus Bohemiæ, omnique hominũ generi ob oculos poſuerit, hoc ipſo, quo non tantum omne illud præſtiterit adimpleueritq;, quod tempore coronationis ſuę litteris Reuerſalibus cauerit; (quas Reuerſales, ne vel in minimo puncto violauerit, vti falſo à Bohemis accuſetur:) ſed etiam litteris inſtrumen-

Cæſar Ferdinãdus ſcribit Proteſtantibus Roteburgi congregatis.

mentisq́;, non ſemel, ijsdem Bohemis declarauerit, iſtam ſui Regni depopulationem vaſtationemq́;, qualem ex bello continuè geſto ſequi oporteat neceſſario, minimè ſibi iucundam accidere; ſed hoc longè potius in votis eſſe, vt pacata ſint Regni ſui ineundi auſpicia, omnia in ſtatum tranquillum poſſit reponere, iuri vniuſcuiusq; patrocinari, ac grauaminibus legitime mederi: addita hac ſæpius iterata commonitione paterna; vt teſtificandæ ſuæ obediētiæ ergo, arma, quæ primi ſumpſerint, ponerent; vti et Ipſe è veſtigio facere, ac pacatis amicisq; tractationibus locum dare paratus ſit: in cuius rei teſtimonium euidens extemplò, exercitui ſuo armiſtitium indixerit, idq; non minus rei Bohemicæ Directoribus, quàm à Comite de Boucquoi Capitaneis Bohemorum ſignificatum ſit, indicari curauerit. Cum autem prorſus meritoque ſibi duxiſſet fore, vt Ordines Bohemici, clementiſſimæ, paternæ, benignæque ſuæ declarationi, ac pacatæ Intentioni, in bonum Patriæ, ad euitationem omnium ex poſt facto ſubſecutorum extremorum, (de quibus, tam graues nunc moueant querimonias, ac culpam eorum omnem in Se coniectam velint;) obſecundarent, ignemque candentem, ne in flammam tam altam aſſurgeret, in ipſis cineribus ſecum vellent ſuffocatū, prorſus omnia contraria oſtenderint; eo quòd non ſolum, neq; illam, iſto modo, vt dictum eſt, abs ſe indictam armorum ſuſpenſionem, neq; oblatas tractationes amicas inire voluerint; verum etiam longe ſe infeſtiores geſſerint, ſuum militem, cui imperatum erat armiſtitium, vi armata hoſtiliter

Ferdinandus pacis cupidiſſimus

Ferdinandus ſuis indicit inducias. petitq; vt idem Bohemi faciant.

adorti ſint; imò verò, ne vel minimo reſponſo Ipſum dignati ſint. denique indecora facinora molitioneſque, in dies, in horam vſque præſentem, quibuslibet exceſſibus adeò cumularint, vt prolixius illa recenſere, nimis longum foret ac tędioſum. Et quamuis Bohemi peruicaces hanc rebellionē ſuam obtextu Religionis palliare conentur; manifeſtum tamen eſſe atque irrefragabile, in illo totius negotij decurſu, nullibi Religionem fuiſſe impugnatam: prout non ſemel etiam ingenuè ac ſpeciatim fidem dederit, de nullatenus, in futurum, turbanda Religione; addita hac profeſſione, nūquam animo ſibi vel fuiſſe, vel eſſe deſtinatum, vt, ijs ſiue indultis ſiue litteris Maieſtaticis, quas Bohemi, à Maioribus ſuis obtinuerint, quicquam derogaret. Et quamuis, Imperante ſuo Prædeceſſore, fortaſſis tale quid admiſſum alicubi fuerit, eius, nec ſibi reddendam eſſe rationem, nec culpam meritò luendam: multo minus, ſiue Bohemis ſiue alijs cauſam eſſe, cur ipſi diffidere debeant.

Os habet, linguā, perfidiā, malitiā atq; audaciam,
Pl. Mil. Glor. *Confidentiam, confirmitatem, fraudulentiam;*

Impurus ille flagritriba Bohemo-Palatinus? fruſtra eſt. vera ſunt quæ Optimus Imperator recēſuit; quæq; per Legatum ſuum Comitem in Hohenzollern corā Proteſtantibus, qui Menſe Nouembri, Anno 1619. Noribergæ congregati fuerunt, repetijt ſolenniter.

Fides Bohemo-Palatina.

INterim nouum regimen & gubernationis exordia vi & armis placebat auſpicari; leges Regni fundamentales, Priuilegia Prouinciarū eorūq; obſeruatio-n, cui vni verē obligationū omniū fundamentū inni-

titur

titur, ſuſq; deq; habere, aut plane ſecludere; Prouincias quæ libera Electione ab antiquo gaudet, veluti hæreditarias, aut bello captas, opprimere & ſubiugare; ac, in sũma, ſpecie & prætextu in paucos quoſdã noxios animaduertẽdi, tot innocẽtiũ myriadas bello acerbiſſimo affligere; exterarũ nationũ, Religioni noſtræ Euãgelicæ infenſiſſimarũ, multa millia, ac plenis legionib. quãquã alio prætextu, per Imperij Prouincias (id quod Regi aut Imperatori Romano, citra cõſensũ Electorũ integrũ nõ eſt;) in Bohemiã & annexas Prouincias introducere; vt ibidẽ prauæ ſuæ volũtati morẽ gerere, ac miſerorũ ſubditorũ ſpolijs ſeſe ditare poſſet

Elenchus.

PLacet hominis cuiuſdã perditiſſimi, apud Comicũ ingenuitas: qui ſuã, cũ Ballione actur' hiſtrioniã, ſublectę fidei ſuæ oẽs cõmonefacit. *Nũc ne quis dictũ ſibi neget, inquit, dico omnibus;*

Pubi præſenti, in concione, omni populo,
Omnibus amicis, notiſq; edico meis,
In hunc diem à me vt caueant, ne credant mihi. *Pſeudo lus.*

Nõ minorẽ nobis debuit ſinceritatem, theſaurus ille mali Bohemo-Palatinus, qui tot nobis ferè palmodias debet, quod lineas dedit.

Qui quaſi poeta tabulas cum cepit ſibi,
Quærit quod nuſquam eſt gentium, reperit tamen. *Pſeud.*
Facit illud veriſimile quod mendacium eſt.

Vel ex vna periorodo ſuperiori proxima, habẽt nõ iniqui rerũ trutinatores, quid pro cauſa Imperatoris habẽdũ ſit aduerſus inpijſſimã Bohemorũ cõtumaciã. Quid eſt, obſecro te, qui ſine loliginis ſucco iudicas, quod amplius S. Cæſarea Maieſtas ſua facere vel debuit, vel potuit, ſine immunitione authoritatis ſuæ Regiæ, quã quod factum fuit? vel vtri parti,

poſt indictum illud à Cæſare, repudiatum verò à Bohemis armiſtitium, clades calamitateſque, quas bellum dedit, adſcribēdæ ſunt? Quis ſine indignatione audiat, ſeditioſos homines, qui ad primi furoris claſſicum, collatis ſignis conuolarunt; arma, non ſemel moniti, deponere noluerunt, poſt maiores clades acceptas, quā illatas, ſtare noluiſſe indicto armiſtitio? & nihilominus toties iterare querimonias ſuper damnis, quæ ab hoſte paſſi ſunt? Anne ſcire potuerunt, qualecunque bellum nullo negotio ſumi poſſe, ceterum deponi ægerrimè? non in eiuſdem manu finem eſſe, in cuius poteſtate ſit illius initium? ordiri bellum etiam inbellem poſſe: non item deponere, niſi victor velit? citra cōſenſum Electorum. Quod autem additur, non integrum eſſe Romano Imperatori multa millia exterarum nationum, plenis legionibus, per imperij Prouincias, in Bohemiā & annexas Prouincias introducere; &c. ad illud reſpondendū eſt, quod Sereniſſimus Princeps Baioariæ prudenter oppoſuit Proteſtantium Legatis, Noriberga haud pridem ad ſe miſſis: accepiſſe nimirum ſeſe à ſuis, oculatis teſtibus, quod, vt in Cæſareo exercitu, ſic etiam Proteſtantium copijs, reperiantur ferè generis eiuſdem milites, qui iter faciant per Imperium; quales ſunt Germani, VVeſtphali, Rheni accolæ, Belgæ; quodquè pro Italis, qui alteri parti militant, non deſint forte, ex aduerſo, Angli, Scoti, vel alij, qui animo non afficiantur erga Imperium, magis quam ipſi Hiſpani; quod addo de meo. Quid verò; quod Catholici nunquam ſuum militem hactenus in territorijs

Exteri milites vtrinque faciunt ſtipendia.

Statuum

Statuum vicinorum habuerint, nec illo graues fuerint alienis ſubditis? militarem manum, quã pro finium ſuorum defenſione, ac ditionum ſuarum conſeruatione conſcripſerunt, in fundis proprijs, ſumptibus proprijs ac ſtipendijs aluerint? Quid autẽ Catholici nõnulli ſint experti, ac quantopere grauati fuerint in locis aliquot diuerſis, quaque pecunia Proteſtantiũ copiæ, Bohemis in auxilium miſſæ, hoſpitibus ſuis exſoluant, vt ſuperuacaneum ſit enarrare, ſic eius monumenta oculis abuerſari. In aperto eſt, quod Proteſtantes, qui ſe Correſpondentes Euangelicos vocãt, centuriatim turmatimque militẽ equeſtrẽ pedeſtrẽq;, per Imperiũ, ac territoria diœceſeſq; Catholicorũ traduxerint; per illorũ agros ac fines illũ diſtribuerint nulla cautione, de ſoluendo, præſtita: qui pro libitu, vtque fert militaris inſolẽtia, direptionibus, expilationib. exactionibus vicatim ſummũ damnũ dedit, additis inſuper hiſce cõminationib⁹, quod via ſibi ſternẽda ſit, per ipſa tẽpla ac fana Catholicorum, atq; ex Monaſteriorũ clerique prouentibus cenſibuſque annuis, petenda ſint militi ſtipendia. Nec omittendum hic; quod Gabriel Bethlen, hoſtis œcumenici, id eſt Otomannorum vaſallus, nõ inſcio ſuo Domino, ſed clanculum opem ferente, in Hungariã ſuperiorẽ ex inprouiſo, cũ exercitu numeroſo irruperit, eaq; in poteſtatẽ redacta, Viẽnæ prorſus appropinquarit, eãdẽque tãtũ non oppreſſerit; imò nec diſſimularit, vti ex certis indicijs compertum eſt, ſibi ſuiſque non incognitam eſſe maiorum ſuorum viam, quæ præſertim hac occaſione, qua ſibi, vtpote ab amicis, nul-

Catholici aluerunt ſuos milites in ſundis proprijs.

Correſpõdentium ſeu Proteſtantiũ milites Catholicorũ ſubditis magna damna intulerunt.

cis nullũ obijciatur impedimentũ porrò ducat recta in Baioariã. cui ſermocinationes quædã, certis in locis habitæ, acceſſerunt, inuiſendum eſſe Principem Baioariæ;ac Rempub.(iſtorum nempe Correſpondentium Euangelicorum,) omni metu, qui inde ſit, exſoluendam liberandamq́;. Nec minus vulgo conſtat, quorũ nutu hortatuq́; vanus praſanusq́; Tranſſyluanus ille in Imperatorem,cum perfidia Hũgarorũ manu,mouerit, ac veſtigia illa ſua,barbaræ crudelitatis ſcilicet monumenta poſteritati , in ſẽpiternũ dedecus illorum, qui cum illo Turcarum mancipio tam fœdè conſpirarunt, inter Poſonium(Germanis eſt Preſsburg) & Viennam reliquerit.

Hæc & ſimilia fecerint impunè Correſpondentes illi Euangelici ? & Romanorum Imperatori non licuerit,cum pro conſeruando, tum recuperando ſuo Regno Bohemiæ, & Electoratu Imperij ſui non poſtremo, neceſſarium militem, pro Maieſtatis ſuæ defenſione, præmiſſa, ad leges Conſtitutionum Imperalium, reali cautione, ſuper indemnitate, in Auſtriam & Bohemiam, ex Inferiori Germania, per Imperium traducere?

Fides Bohemo - Palatina.

QVòd ſi in ſignum animi pacifici & quieti initiò ſtatim arma fuiſſent poſita; ſi faces & auctores harum turbarum, ex Aula, fuiſſent ſubmoti; ſi Prouinciæ ipſæ , more Maiorum, ad cauſæ cognitionem ac reformationem corruptelarum & abuſuum adhibitæ ; ſi priuilegia multis modis con-

conuulſa & violata, priſtino ſplendori reſtituta, eorumque iugis obſeruatio legitimè fuiſſet ſtabilita; ſi deniq; cautiones & indẽnitates, (ſine quib. cætera irrita ſola ſunt & inutilia) ſufficiẽtes fuiſset præſtitæ: haud dubie multis vtrinq; acceptis incõmodis ſuperſederi, paxq; optata poſtliminio reduci potuiſſet. At quia nihil horum, immo contrarium planè, in rei veritate ſeſe oſtendit: quis miretur amplius, ſi quod in deſperatis morbis fieri aſſolet, extremè afflictæ & oppreſſæ Prouinciæ, ad extrema quoq; remedia deſcenderunt? quibus & intolerabilia illa & iniquiſſima onera excutere, ſuiq; à Deo & Natura conceſſam legitimam defenſionem tanto firmius conſtabilire poſſent.

Elenchus.

PErgit ſoracum ſuum effundere *Palæmon* ille Bohemo-Palatinus, in Imperatorem Chriſtianiſſimum ac Catholicum; qui aduerſus omnes biſulci linguas quaſi proſerpentes beſtias, quotquot confidentia & maledicendi exercitatione corroboratiores, quàm vlla ingenuitate inſtructiores, in ter ſacratum caput ſuum hirriunt, hoc S. Iobi verbo pectus diuinum poteſt munire: *Donec ſupereſt halitus in me, & ſpiritus Dei in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitatem; nec lingua mea meditabitur mendacium. Abſit à me, vt iuſtos vos eſſe iudicem; donec deficiam, non recedam ab innocentia mea. Iuſtificationem meã quam cœpi tenere, non deſeram: neque enim reprehendit me cor meum, in omni vita mea.* Magnaque ſui cõſcientia ſubnixus, ab Huſſo-Caluiniſmi Prædicantiſmo tri-

Cap. 27. verſib. 3. 4. 5. & 6.

bunum

Plutarch. in vita Scip. A gell. l. 4. c. 8.

bunum vapularem iſtum & congeneres, non alia ratione aut cauſæ dictione refutarit, quàm qua Africanus antiquior M. Næuium T. P. accuſatorem, aut Petilium quendam, coram Pop. Romano, à ſe reiecit. Quod ille apud Salluſtiũ, hoc de ſe Ferdinandus II. verè poteſt: *Me quidem ex animi ſententia, lædere nulla oratio poteſt. quippe vera neceſſe eſt bene prædicet: falſam, vita moresq́; mei ſuperant.* Nos verò qui boni ciues & habemur & ſumus, non poſſumus inprobiſſimo Nominis & Maieſtatis Imperatoriæ depeculatori, calumniæ notam ad caput non affigere; eundemq́ue vt infauſti obſcęnique ominis auem non deteſtari. Plato, non iniuria, ciues Reipublicæ ſuæ, vehementes & comitatos eſſe voluit, quo vitia grauiora, aſperitate oppugnãtium vel emendarentur, vel è medio tollerentur. Verè Menander,

Οὐ παντελῶς δεῖ τοῖς πονηρόις ἐπιτρέπειν,
Ἀ᾽λλ᾽ ἀντιτάττεσθαι. εἰ δὲ μὴ, τ᾽ ἄνω κάτω
Ἡ᾽μῶν ὁ βίος λήσει μεταστραφεὶς ὅλος.

Omnino nihil oportet improbis remittere
Sed his reſiſtere: quod ſi non; vita omnium
Surſum deorſum noſtra perturbabitur.

BOnorũ ciuium olim iuſta fuit in Pomponiũ Atticum reprehenſio, quod malos ciues videretur parũ odiſſe; eò quod M. Antonium hoſtem Patriæ, non modo nulla in re auderet offendere; ſed etiam pecunijs adiuuaret. Nos rationes noſtras omnes profectò, à ſalute Patriæ, à Bono publico ſegregatas habebimus, niſi Patriæ non dicam, communis tantum, ſeu Imperij Germanici, ſed totius omnino Orbis, atque omnis diuini humanique iuris perduelles

minus

minus odiſſe videamur. Imò verò mali, atq; eorũ audaciæ quid ni populares cẽſebimur, niſi, quantũ in nobis eſt, hoſtes Societatis humanæ, quæ eſt in diuinarũ humanarũque legum obſeruatione, compeſcamus. Et cuius obſecro ſit temperantię acerbo & contumelioſo quodam maledicto abſtinere in illos, qui publicis ſcriptis audent edere? Imperatorem Ferdinandũ eſſe, *qui exoptatiſſimam pacis conciliandæ occaſionem, ab exceſſu Matthiæ Imperatoris, neglexerit an abiecerit? idq; inſtinctu & artibus inproborum quorundam: qui cum legitimis medijs, ac ordinaria Iuris via, cupiditates & vindictam ſuam explere non poſſent, armis maluerint; eoq; pro animis cõmotis Bohemorũ demulcẽdis & cõciliãdis, nõ fidos & prudẽtes Regnicolas, nec ex optimatib. integriores: ſed ipſoſmet perduelles, patriæq; ſuæ incẽdiarios &c. ſequi* maluerint. Ferdinãdũ Imperat. eſſe, *cui nouũ Regimẽ & gubernationis exordia, vi & armis placuerit auſpicari, leges regni fundamẽtales, priuilegia prouinciarũ &c. ſuſque deque habere, aut planè ſecludere; Prouincias quæ libera Electione ab antiquo gaudent, veluti hæreditarias, aut bello captas, opprimere & ſubiugare.* Ferdinandum Imperatorem eſſe, cui placuerit *ſpecie & prætextu in paucos quoſdam noxios animaduertendi, tot innocentium myriadas bello acerbiſſimo affligerem &c.* Iniquiſſimæ Bohemorũ criminationes in Ferdinãdũ Cæſarem.

Quin te Dî Deæque: ſcis quid hinc porro dicturus fuerim, Plut. Perſa.
Ni linguæ moderari queam!

Quid porro? *ſi arma,* inquiunt, *in ſignum animi pacifici & quieti fuiſſent poſita.* In malam rem, vlmitriba quiſquis es. adeone te ſeruam operam, linguam liberam, herus tuus te iuſſit habere,

habere, vt iſtud audeas. Quoties repetendũ eſt, quã benignè Imperator armiſtitiũ indixerit? Noluerunt Bohemi inducias: quo conſilio, ipſi ſciuerint: Imò & alij ſciuerint, quos hîc nõ nomino. *Si faces*, aiunt, *& auctores harum turbarũ, ex Aula fuiſſent ſubmoti.* Ieſuitas, ni fallor, dicere voluerunt. ô frontem Caluiniſtarum! toties mendaciorum tam decumanorum conuicti, à Ieſuitis, quoties Principum parricidia illis intentarunt, temporis cauſa necdum ceſſant, Ieſuitas inſectari, eoſq; populari odio obijcere. An pax tunc eſſet hæreticis, ſi Ieſuitæ, omni ſocietatis popularis vitæque ciuilis vinculo dirempti, ſuo abitu ad Antipodes, Caluiniſtarum religionem metu liberaſſent? Minimè gentiũ. Quid Bohemos armauit, in ſuum Regem VVẽceslaum? Quid Ziſchæ rabiem exacuit in Sacerdotes Catholicos? quid Belgas ac Batauos cõpulit ad rebellionem? Quid Henricũ IIX. Anglum ſtimulauit in Clementem VII? Si Ieſuitæ in rerum natura nec fuiſſent, nec eſſent vſpiam gentiũ, non defuiſſet Bohemis prætextus qualiſcunq; ſuæ in Imperatorẽ optimum rebellionis. Si Ieſuitas non deſignatis, ſed quatuor illos, quod magis puto, quos in Apologia veſtra mendaciſſima nominatis: cur nõ, poſitis armis, cõtra illos iure experti eſtis? an propter quatuor illos, nec conuictos nec confeſſos, leges oẽs diuinas & humanas peſſundari, tã fœdã rebellionẽ moueri, totã Reipublicæ formã, priuata authoritate, mutari oportuit? clamant priuilegia multis modis cõuulſa, violata: cautiones & indẽnitates, neſcio quas, poſtulãt; & id genus alia. Quis nõ videt, illos & actores ſimul & iudices eſſe, in cauſa propria? Quis non videt, eoſdẽ li-

bertatis Euangelicæ prætextu quidlibet cudere, fingere, pingere è quolibet? vetus eſt, obtextu cultus diuini, proditiones, coniurationes, ſeditiones, rebelliones mouere. vt à gentilibus ante Chriſtum natũ, non repetã exempla, Caiphas ſub religionis velo Chriſtũ Saluatorem morti adiudicauit. Demetrius Argentarius, faciens ædes argenteas Dianæ, Epheſi concitauit ingentem ſeditionẽ aduerſus D. Paulum, quod eius concionibus Dianæ maieſtas abolẽda eſſet, quã Aſia tota & orbis coleret. Religionis fuco, velauit ſtudium quæſtus ſui; quem auferendum ſibi videbat ablata ſuperſtitione. D. Paulus Philippis Macedoniæ, ſpiritum Pythonem è puella quadam eiecit: quo facto, Domini eius puellæ, quia actũ eſſet de quæſtu eorũ, turbas concitarunt aduerſus Apoſtolũ ac Silam eius ſocium. Vis recentiora? dabo à ſuperiori ſæculo 15. Verum eſt, quamuis ſtupendũ, illud, quod Anno 1527. pietatis ſpecie quidã Anabaptiſta Sangalli in Heluetijs, fratri ſuo germano caput pręcidit, & parenti vtriq;, qui ſpectaculo aderat, perſuaſit, id imperatũ ſibi diuinitus. Obuiæ ſunt paſſim hiſtoriæ, quibus cõſtat, hæreticos, quoties iugũ legitimę poteſtatis vel excuſſerunt vel excutere voluerunt, Dei cultum ferè, vt velum priuatis affectibus obtexuiſſe; nec alio claſſico ſeruos ad pileũ vocatos, quã iſto oraculo; *Magis oportet Deo obedire quã hominibus*. Simili modo, in Ieſuitas multa faba cuditur: quo ſuper in mentẽ venit Apologi cuiuſdã Aeſopici. Felis ſeu vulpes, vtra vtra ſit, parum refert, gallum ceperat: quem ne cauſa prorſus indicta indefenſum videretur iugulare velle, incuſabat quòd

Io. 11. v. 47.

In cõmẽt. rerum, ab Apoſt geſtarũ cap. 19.

Iiſdẽ geſtis Apoſt. c. 16.

Gilb. Cog. in trag. narrat. Sclid. l. 6.

Religio prætextus rebellionis.

quòd ſuo cantu, nocturnis heris, ſomnum abrũperet,& mortalibus plurimum crearet moleſtiæ: qui cum, non illud dolo malo fieri, ſed vt homines ad quæſtũ & opera quotidiana excitaret, ſtatis horis, reſponderet; ſuperaddit vulpes, at verò in ipſam naturam es impius, qui & ipſam matrem ac ſorores tuas inis, promiſcua libidine: cui gallus, nihil ſe in naturam hoc ipſo peccare, ſed hoc agere, vt Dominum ouis ac frequẽti ſobole ditet. Ad quæ cum nihil vltra vulpes haberet criminum, quæ intenderet, etſi tu, inquit, habes quæ mihi reſponſes, tamen hęc nihil ad eſurientem. Non abſimile cũ Ieſuitis geritur negociũ. etſi libellos famoſos ac fabuloſos eliſerint plurimos, ad æternã hęreticorũ infamiã, non præſtant tamẽ, vt ne vulgò tragicorum facinorum aggreſſores audiant ab illis ſycophantis, qui veluti conceptis votis in templo Exſecrationis, quod Athenis olim erat, Ordinem illorum prope vnicum non deſinunt quibuſuis dicterijs inceſſere. quanquam maiorem æquitatem experiuntur ſæpe Lutheranorum. è quibus, non ita pridẽ Electoris Saxonis Eccleſiaſtes D. Hoe ſuum candorem antiqua Saxonum gente dignum edidit; aduerſus Caluiniſtam Palatinum quendam, vbi non diſſimulat viſum ſibi, quod Ieſuitarum proſcriptio ac damnatio, nõ ſit conueniens Dilpomati Maieſtatico; &c. vti ſupra dictum eſt.

Fides Bohemo-Palatina.

QVo fine Confœderationem Vniuerſalem(cuius quidem iam ante à Rege ſpes fuerat facta,) inierunt,

ierunt, ac pro pleniore Regiminis reformatione, ad nouam Electionẽ, conſentiẽtibus votis deſcenderunt. Cuius quidem cauſas & fundamenta, Regni noſtri annexarumq; Prouinciarum Ordines tam ſolidè tamq; perſpicuè demonſtrarunt, vt omnes, qui ſine affectu & præiudicio rem penitius inſpexerint, æquitati cauſæ huius haud difficulter adſtipulaturos iudicemus. Quo lubentius negotij totius deductione, vt & iurium & Priuilegiorum, quæq; liberæ Electionis, in Regno Bohemiæ ratio ſit, recenſione hoc loco ſuperſedemus; ac vnumquemq; noſcendi cupidum, ad memoratorum Ordinum publicatas Informationes, Cauſæq; ſuæ defenſionem, remittimus.

Elenchus.

HIc ſis vide, Lector, quàm circumrodit hactenus iſte Artotrogus; quod tandem deuorandum eſt? *Age nunc, quando rhetoricaſti, reſponde, quod rogo.* Cõfœderationis vniuerſalis iã ante à Rege ſpem fuiſſe Bohemis factam ais? Quis ille Rex, qui iſtiuſmodi confœderationis ſpem fecit? An Rex Ferdinandus, nunc Dei gratia Imperator, voluit? loquere, mala crux, vt intelligaris, & quæ illa eſt plenior Regiminis reformatio, quam Bohemi iniuerunt? An Monarchia tranſijt in Oligarchiam vel democratiam? Quid Palatinus? nunquid ſua opinatione Rex eſt? an Regis vmbra? Scimus quod perduelles Bohemi, poſtquam legitimum illũ Magiſtratum, quem Imp. Matthias Viennam petens ipſis reliquerat, de feneſtris, vti iam ſæpius dictum eſt, præcipitaſſent; triginta Directores Regni cõſiliarios, in illo tumultu fla-

grante, inter ſe conſtituerint, totumq; Regimen in illos contulerint. Quorũ ſi perſtat authoritas, quid opus eſt Rege Palatino? Scimus Dynaſtiam Aegyptiorũm aliquando fuiſſe, vt & Hetruriæ: in quibus reges, ſeu reguli plures erant, vni tamen ſubijciebantur, qui Hetruſco vocabulo Larthes vocabatur, vt Cato ſcribit. Apud Aegyptios Dynaſtia fuit cum Larthe, & ſine Larthe, vt eſt apud Manethonem. An tale quid eſt, in Bohemia de Palatino? vel Palatinus eſt Bohemis, quod ſuus Dux Venetis? ſed ipſe Palatinus ſciuerit, quas conditiones cum ſuo Regno, ſi Dijs placet, iniuerit. DEVS NOBIS HAEC OTIA FECIT.

Fram de origin

in ſupplẽ Beroſi,

Accipimus liberam illam cõfeſſionem; quod Bohemi Confoederationem vniuerſalem iniuerint, ac pro pleniore Regiminis reformatione, ad nouam Electionem deſcenderint: ſed confœderationem illam interpretamur fœdiſſimam rebellium perfidorum coniurationem, ac crimen, quo reos illos cũ omnibus complicibus, ac capite Larthe illorũ reos lęſę maieſtatis diuinæ & humanæ, bono iure pronunciamus, de quo ſupra. Quod cauſas ac fundamenta legitima defectionis à Ferdinando Imperatore habeant, pernegamus. Et qui illi ſunt homines ſine præiudicio, qui aſtipulaturi ſunt cauſæ iſti, ſiue Bohemicæ ſiue Palatinæ? Ex Parei vel Sculteti erunt germine. Adeòne tandem omnes ſęculi tui, vel ętatis noſtrę homines cõtemnendi ſunt viſi tibi, vt neminẽ prorſus Catholicorũ putares exſtiturum, qui dicã litemue ſcribere tibi audeat tã caninę impudentię? Quę pręiudicia ſunt Catholicorũ, illa non domo ſe-

mo ſecum efferunt, aut domi priuatæ, ſed ex ſanctarum litterarum oraculis; *Date Cæſari, quæ ſunt Cæſaris*; Item; *omnis anima poteſtatibus eminẽtioribus eſto ſubdita: &c.* Imò verò ab ipſis Bohemis petita ſecũ ferunt, quibus ad reſtim illos, ex propria illorum ſententia adigant. Ex illis litteris, quas Bohemi 27. Maij, Anno 1618. ad Cæſarem Matthiam ſcripſerunt, quas ſupra integras poſui, conſtare affirmant ſibi præiudicia ſua. vbi perſpicuis verbis, ac minimè ambiguis profitentur Matthiam Imperatorem, *à Deo ſibi præſtitutum Regem, Dominum ac Magiſtratum clementiſſimum.* Ex quo inferunt, quod Ferdinandus, quia ſucceſſit in locum Matthiæ, ac per conſequens, in ius illius, idq; legitima electione, proclamatione, coronatione, vnctione, inueſtitura ſit à Deo præſtitutus Bohemis Rex, Dominus ac Magiſtratus. Quod ſi Palatinus nos edocere cupit, legitimè ſe à Bohemis electum, ac coronatum eſſe in Regem Bohemiæ, neceſſe eſt perſuadeat Catholicis, quod factum fuit, illud infectũ eſſe; ac Ferdinandum non eſſe Ferdinandũ; nõ aliter atq; Mercurius euicit olim Soſiam non eſſe Soſiam. Et quorum tu Iurium ac Priuilegiorum recenſione ſuperſedendum putas, quibus ius tuum adſtruas?

Mat 22. ad Rom. 13.

Bohemi ſe damnant propria ſententia.

Verte omnes te te in facies, & collige quicquid,
ſiue animis ſiue arte, vales. opta ardua pennis
Aſtra ſequi, clauſumue caua te condere terra:

Non effugies ſycophantijs Huſſo-Caluiniſticis. Eo poſſunt ingenio eſſe Bohemi (Huſſo-Caluiniſtas dico nõ Catholicos, aut ſinceriores Lutheranos) quo Frãcos fuiſſe ſcribit Saluian⁹,

Digitized by Google

vt periurium genus ſermonis putent, non criminis: Et Senatus PopuluſqueHuſſo- Caluinianus lenonem illum hęc verba præeuntẽ ſequi poteſt

Meus arbitratus eſt lingua quid iuret mea,
Iuratus ſum, & iurabo nunc ſi quid voluptati eſt mihi,
Iuſiurandum rei ſeruandæ, non perdendæ, conditum eſt.

Catholicorum, Lutheranorumq;, quibus cum pax coiuit in Imperio, eſt poſſe iuranti non credere: tantiq́; facere ordinum Bohemorum publicatas Informationes, quanti fidem Plautinæ Silenij, vel Melænidis.

Fides Bohemo- Palatina.

Conſtat præterea, dum nuper noua Regis Electio Francofurti agebatur, Nos vnà cum Secularibus Electoribus Collegis noſtris ſeriò ſuaſiſſe, ne in tanti momenti negocio quicquam præcipitaretur; quin hoc potius ante omnia promoueretur, vt gliſcentes in Imperio bellici motus ſedarentur. Etiam dum ibidem ageretur, per conſiliarios Noſtros, non ſemel monuimus, ne Bohemorum Legati tam ignominioſè præterirentur; potius præſentium operâ, via ad toties deſideratam Interpoſitionẽ, cum Bono Deo, ſterneretur. Quia verò poſt tot irritas admonitiones ſanis conſilijs locum nullum ſupereſſe animaduertimus, nihil aliud reſtabat, quàm ſuo quæq; loco relinquere; ita tamen, vt ex mandato noſtro per delegatos Noſtros, in omnibus congreſſibus ſolennioribus, ſuum cuiq; Ius per expreſſum reſeruatum fuerit; atque ita etiam harum

harum Prouinciarũ Ordinibus nulla actio fraudi eſſe poſſet: quo nomine proteſtationes crebræ ab illis fuerunt interpoſitæ: & in ſumma hoc actum, quod dictante conſcientia noſtra libertatem & proſperitatem Imperij exigere neceſſarium duximus: non quod vlla ſpe aut priuato emolumento, (vtpote rerum futurarum tum prorſus ignari) ad id exſtimularemur; ſed quod in commune, à magnis mutationibus, quas tum veluti præſentes, ob oculos cernebamus, naturâ eſſemus alieniores.

Elenchus.

FAcilè vel iniurato credimus, nihil Palatinũ magis ſeriò egiſſe, quàm vt Electio Regis Romanorum, præſertim cum metus eſſet Ferdinandum ſibi præferri poſſe, ſuſpenderetur. et quis non imaginetur ſibi, nihil prius fuiſſe tum Caluinianis, quàm vt per Bohemos turbarentur ac diſſiparentur illa Comitia Electoralia? Iam ante decennium, id eſt anno 1609. Chriſtianus Princeps Anhaldinus Pragæ, Electorum Statuumq́; præſertim Caluinianorum nomine, ſeditioſam concionem habere non eſt veritus, hoc argumento; Imperij gubernationẽ malè adminiſtrari; proceſſum aduerſus Donaverdam alioſque ſtatus Euangelicos inſtitutum, eſſe tyrannicum; religionem, iuſtitiam, libertatem Germanicã ab Imperatore, per proceſſus aulicos peſſundari, bello contra Turcas minimè neceſſario Germaniam prægrauari; eiuſque vires exſugi exhauririque: adeò vt, ni Cæſar, aliũ in modum rem deinceps geſturus,

Anhalmi ſeditiſa concio coram Imperatore.

Digitized by Google

Donauerdā in integrum reſtituturus, Imperiumq; aliter, id eſt, pro lubitu, arbitrioque Correſpondentium adminiſtraturus eſſet, Proteſtantes, qui in omnem euentum, iam tunc cōſociati eſſent, rationem ſuarum rerum minimè neglecturi, ſed conſilio auxilioque mutuo, ſibi inuicem adfuturi, Cæſariſque Imperio ac iuris dictione inſuper habita contemptaque, ipſi Rempublicam directuri ſint. Eodem Anno 1609. cum iam Regi Galliarū Coronam Germaniæ ſpopondiſſent ijdem Caluiniani (quo ſuper ipſe Rex coram ſuis gloriatus eſt, ac bene precantium vota, pro ſucceſſu fortunato, ſuſcepit:) promouendæ nimirum conſpirationi aduerſus Cæſarem, vniuerſamque ſtirpem Auſtriacam; iamque auxilia, in hanc rem, ſat valida ſibi pollicerentur, minimè diſſimularunt, quid animo deſtinatum haberent: nempe tentaturos ſe extrema quælibet, cum fortunarum omnium ſanguiniſque diſpēdio ac profuſione, pro aſſerenda libertate ac Religione, quæ autem illa ſit religio, quam innuerint, ſcripta illa Parei, quouis ſalillo puriora indicant; *Religio pura ſcilicet Idololatriæ exterminatrix*, non eſt alia quā Caluiniſtica; idololatrica eſt illis Papiſtica. Verè tum à tenuiculo filo pependit ſalus Auſtriaci Imperij: ac funus fuiſſet, in Germania ſaltem, ni Deus affuiſſet veluti à machina; *in cuius manu & nos, & ſermones noſtri, & omnis ſapientia*. Non abſimili modo, cum nuper ijdem illi χιλότεχνοι, Bohemorum interventu, ſe prorſus euerſuros exiſtimarent Auſtriacam familiam, in Germanico Imperio, electionemq; Regis Romanorum impedituros; ecce adeſt ille, *qui attingit à fine vſque ad finē*

Vide Modulum Caluiniſticū Romani Imperij.

Sap. 7.

mille arti amperiti Caluiniſtæ.

fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Nec eſt quod Sap. 8.
conſiliarijs Palatinus ſuccenſeat, quaſi minus bene, id eſt callidè, vti ſolent, rem geſſerint. Deus aliter voluit, qui temonem rexit; καθάπερ ἡνίοχος (vt Triſmegiſtus ait;) ἀγαθὸς τὸ τοῦ κόσμου ἅρμα, ἀσφαλισάμενος, καὶ ἀναδήσας εἰς ἑαυτόν, μή- cap. xv.
πως ἀτάκτως φέροιτο. hoc eſt *tanquam auriga bonus, mundi huius currum firmans in ſe atq; alligãs, ne inordinatim voluatur*. Agnoſce vim illam ſuperam, Palatine; quæ contra inclinationem tuam ac voluntatem, ſua cõſilia arcana adaptauit. Iam in Comitijs illis fugam ſpectabant omnia, non electionem. Deus qui libram tenuit, in Ferdinandi partem (contra te ſis vide, ac coeleſtem potentiam maturè adora;) pondus iniecit & inclinauit; Illuſtriſſimo Principi Electori Ioãni Suickardo animũ, in illa prouectiori ſua ętate, addidit omni fortuna ac quolibet periculo excelſiorem; quo Ferdinandus, de ſucceſſu iam omnino deſperanti proximus ſiſtitur, in Regem ac Dominum tuum eligitur, coronatur. Agnoſce Magiſtratum illum ſuperiorem, Palatine; ex euentibus, quos ipſe vidiſti: quos nec tui conſiliarij, nec vniuerſa Caluinianorum tuorum factio potuit intercipere. Nec cades ſolum turpiter, ſed rues, ſi vim illam omnia gubernantem non reuerebere; cui ſua cõſtitit præter tuam tuorumq́ue opinionem vel propoſitum, ratio. qua ipſa quoq; Bohemorum Legati, vt Cælo Cælitibusque omnibus inuiſi, non tantum præteriti, ſed ne quidẽ admiſſi ſunt. Potuit ſuas Palatinus proteſtationes interponere, quod à multis retro annis malè de Imperatore Imperioque ſentientium ſu-

Dei prouidentia pro Ferdinando, contra artes Caluiniſticas.

tium fuit proprium, vnde ſibi Proteſtantium nomen acquiſiuerunt. IdemBohemi potuerũt. Sed nec ille, neque iſti prouidentiam diuinam potuerũt eludere. Hannibal olim, cum à Claudio Nerone interceptum fratrem ſuumAſdrubalem, quem ex Hiſpania cum nouis copijs ad ſe euocauerat, accepiſſet, eiuſque cæſi caput ante ſtationes ſuas proiectum vidiſſet, Agnoſco inquit, fortunam Carthaginis. Vos, qui, tot annos, iam fruſtra nihil aliud egiſtis, quam vt DomumAuſtriacam & Imperio & omni potentia exueretis, & numen illud Ferdinando præſens adſtruendæ potentiæ ante oculos eſtis intuiti, agnoſcite fortunam DomusAuſtriacæ. Non audit Palatinus: dicit hoc actum, quod dictante conſcientia ſua libertatem & proſperitatem Imperij exigere neceſſarium duxit. Quid conſcientia Palatino Comiti, vel Sculteto ſuo dictet, non peruident Catholici. hoc ſciunt, quod in Imperatorem Dominum ſuum vehementiſſimè ſit iniurius, quodque res exemplo careat in Romano Imperio, quam admiſit. Imo & hoc indubitatum eſt Catholicis, non omne illud, quod dictat conſcientia Proteſtanti alicui, protinus bonum eſſe. Comes Palatinus Caſimirus Lutheranos ſibi eijciendos exiſtimabat, ita dictante, vt præſumimus conſcientia. At quis bonus hoc bonum factum dixerit? eſt enim illud pacem religionis violare, fidem fallere. Sic Pareo dictabat conſcientia, quod Lãdgrauius Haſſiæ, eo ipſo, quo Lutheranos Prædicãtes ſuis finibus eijciebat, opus domini ageret. at ille hoc ipſo op' diaboli egit; quia pacem publicam violauit. Deniq; conatur

Præfat. in Oſeam

nobis

nobis Palatinus perſuadere, quod à magnis mutationibus fuerit alienior. ſed fruſtra eſt, niſi eadé opera ſimul perſuadeat, eo ipſo, quo coronã Bohemiæ occupauit, euitatas eſſe maiores mutationes. Nos enim putamus, minori motu rem componendam fuiſſe, inter Ferdinandum & Bohemos, ſi Palatinus non accepiſſet coronam; niſi tam leui momento illam rurſus vult deponere, quam ſuſcepit. vt flammæ vis eſt acrior, quo ex maiore incendio emicuit; Ita & nunc erit bellum illud Bohemicum tanto cruentius, quanto plus virium ei addetur à Palatino, cum ſuis complicibus.

Fides Bohemo-Palatina.

QVoniam autem, diuina ſic moderante Prouidentia, electio ad ſceptra Bohemiæ, vnanimi Ordinum Regni, & Prouinciarum incorporatarum conſenſu, in Nos potiſſimum eſt deuoluta; ante omnia Deum, vnicum cordium inſpectorem, noſtramq́ conſcientiam in teſtimonium vocamus, Nos Electorali dignitate, Prouincijſque, ac dominijs hæreditarijs, quæ diuina miſeratione obtinemus, nunquam non vixiſſe contentiſſimos; nec ſublimiora, vel cogitatione vnquam affectaſſe; minus etiam ambitu, corruptelis, prenſationibus, aut quibuſcũque malis artibus, in Regnum Bohemiæ Nos intruſiſſe. Cuius rei eligentes ipſi Regni Ordines luculentum Nobis teſtimonium perhibuerunt, ac quoties res exiget, perhibebunt.

Elenchus.

THalem iam talento non emerim, quippe qui ad huius Peniculi Palatini ſapientiam nimius nugator fuit. Prorſus ego hic μετέωρον aliquem ſiue Pareum, ſiue Scultetum loqui putem, nõ tam ex Caluini Stoa ad nos profectum, quam recentem ex intimo Superorum concilio, reuectante illum Mercurio, in Bohemia vel Palatinatu collocatum. *Salua res eſt*, ait Comicus ille, *philoſophatur quoque*: ne quid amplius dicam, non mendax modo eſt. diuina, inquit, moderante prouidentia, vnanimi ordinum Regni conſenſu electum eſſe Palatinũ. An ordines Catholici inter illos vnanimes? vel nullam prorſus numerum facit ordo Catholicus? An Lutherani vnanimiter adſenſi ſunt? credat Iudæus Apella. Si Catholici à ſuffragijs excluſi fuerunt, ſcimus à Lutheranis nonnullum factum eſſe numerum: immò verò inaudiuimus quod paucis admodum ſuffragijs Palatinus Saxone fuerit potior, & D. Hoe perſuaſit nobis egregia arte eluſum fuiſſe Comitem Schlick, ab illis ſuis vulpib. incendiarijs; vt ſupra enarratum eſt, ac Lutheranos tum anceps ac prope vltimum diſcrimen peperiſſe Caluinianis, de Corona Regni illius. Ad prouidentiã diuinã quod attinet, caue quiſquis es, profano impuri oris rictu illam inceſſere. aliter alias res Theologi docent ſubeſſe diuinæ prouidentiæ; aliter peccata. Res alias vult Deus, vel vt ipſum finem quem deſtinauit, vel vt media ad finem præſtitutum. quæ autem iſto modo

Quomodo peccata ſubſint diuinæ prouidentiæ.

modo vult, ipſius Dei, cuius voluntas nempe cauſa rerum eſt, ſunt effectus. At peccata non vult Deus, ſiue vt finem à ſe deſignatum, ſiue vt media ad finem deſtinata: Ideoque nō ſunt effectus Dei; ſed tantum materia circa quam Dei prouidentia verſatur, nempe in ordine ad bonum; vt quando committitur peccatum, Deus adſit & in bonum aliquod ordinet. ex quo ſumma Dei cum potentia tum bonitas elucet; quod cum ipſe deteſtetur malum, tamen ex eo ab alijs perpetrato bonum eliciat. quo ſenſu pulchre ait Auguſtinus: *Non ſineret Bonus fieri malè, niſi omnipotens etiā de malo facere poſſet bene*. Non permitteret, inquam, Deus, vt Bohemi, repudiato Ferdinando Rege ſuo legitimo, Palatinum Comitem eligerent, coronarent, niſi in illos exitus bonos, quos præſciuit, directurus eſſet; immò verò quos ſperant Catholici, & Dies oſtendet. *In Enchirid. cap. 100.*

Quod additur; Palatinum nullo ambitu vel malis artibus ſe intruſiſſe in Regnum Bohemiæ; neſcimus, quo animo Palatinus fuerit. Illud ſcimus, quod nōnullos in aula ſua habeat, *Qui hæc habent conſilia; vbi data eſt occaſio, rape clepe tene, harpaga*. quique non aliud, à pluribus retrò annis, quam quod ab anno 1566. maiores tentarunt, animo voluūt, quam vt quibuſcunque machinis euertant Catholicos ac Lutheranos, vnaque ruina obruant. Nec purgat ſe hoc ipſo Palatinus, quod ſe nullis prenſationibus in Regnum Bohemiæ intruſerit. vt ab iniuria abſtineret, Regno alterius omnino abſtinere manus debuit, & Imperatori Ferdinando ſuum ius relinquere. Vt enim quis bonæ fidei

quòd ſuo cantu, nocturnis heris, ſomnum abeſrũperet,& mortalibus plurimum crearet moleſtiæ: qui cum, non illud dolo malo fieri, ſed vt homines ad quæſtũ & opera quotidiana excitaret, ſtatis horis, reſponderet; ſuperaddit vulpes, at verò in ipſam naturam es impius, qui & ipſam matrem ac ſorores tuas inis, promiſcua libidine: cui gallus, nihil ſe in naturam hoc ipſo peccare, ſed hoc agere, vt Dominum ouis ac frequẽti ſobole ditet. Ad quæ cum nihil vltra vulpes haberet criminum, quæ intenderet, etſi tu, inquit, habes quæ mihi reſponſes, tamen hęc nihil ad eſurientem. Non abſimile cũ Ieſuitis geritur negociũ. etſi libellos famoſos ac fabuloſos eliſerint plurimos, ad æternã hęreticorũ infamiã, non præſtant tamẽ, vt ne vulgò tragicorum facinorum aggreſſores audiant ab illis ſycophantis, qui veluti conceptis votis in templo Exſecrationis, quod Athenis olim erat, Ordinem illorum prope vnicum non deſinunt quibuſuis dicterijs inceſſere. quanquam maiorem æquitatem experiuntur ſæpe Lutheranorum. è quibus, non ita pridẽ Electoris Saxonis Eccleſiaſtes D. Hoe ſuum candorem antiqua Saxonum gente dignum edidit; aduerſus Caluiniſtam Palatinum quendam, vbi non diſſimulat viſum ſibi, quod Ieſuitarum proſcriptio ac damnatio, nõ ſit conueniens Diſpomati Maieſtatico; &c. vti ſupra dictum eſt.

Fides Bohemo-Palatina.

QVo fine Confœderationem Vniuerſalem(cuius quidem iam ante à Rege ſpes fuerat facta,) inierunt,

ierunt, ac pro pleniore Regiminis reformatione, ad nouam Electionẽ, conſentiẽtibus votis deſcenderunt. Cuius quidem cauſas & fundamenta, Regni noſtri annexarumq; Prouinciarum Ordines tam ſolidè tamq; perſpicuè demonſtrarunt, vt omnes, qui ſine affectu & præiudicio rem penitius inſpexerint, æquitati cauſæ huius haud difficulter adſtipulaturos iudicemus. Quo lubentius negotij totius deductione, vt & iurium & Priuilegiorum, quæq; liberæ Electionis, in Regno Bohemiæ ratio ſit, recenſione hoc loco ſuperſedemus; ac vnumquemq; noſcendi cupidum, ad memoratorum Ordinum publicatas Informationes, Cauſæq; ſuæ defenſionem, remittimus.

Elenchus.

HIc ſis vide, Lector, quàm circumrodit hactenus iſte Artotrogus; quod tandem deuorandum eſt? *Age nunc, quando rhetoricaſti, reſponde, quod rogo.* Cõfęderationis vniuerſalis iã ante à Rege ſpem fuiſſe Bohemis factam ais? Quis ille Rex, qui iſtiuſmodi confæderationis ſpem fecit? An Rex Ferdinandus, nunc Dei gratia Imperator, voluit? loquere, mala crux, vt intelligaris, & quæ illa eſt plenior Regiminis reformatio, quam Bohemi iniuerunt? An Monarchia tranſijt in Oligarchiam vel democratiam? Quid Palatinus? nunquid ſua opinione Rex eſt? an Regis vmbra? Scimus quod perduelles Bohemi, poſtquam legitimum illũ Magiſtratum, quem Imp. Matthias Viennam petens ipſis reliquerat, de feneſtris, vti iam ſæpius dictum eſt, præcipitaſſent; triginta Directores Regni cõſiliarios, in illo tumultu flagrante,

Digitized by Google

grante, inter ſe conſtituerint, totumq; Regimen in illos contulerint. Quorũ ſi perſtat authoritas, quid opus eſt Rege Palatino? Scimus Dynaſtiam Aegyptiorum aliquando fuiſſe, vt & Hetruriæ: in quibus reges, ſeu reguli plures erant, vni tamen ſubijciebantur, qui Hetruſco vocabulo Larthes vocabatur, vt Cato ſcribit. Apud Aegyptios Dynaſtia fuit cum Larthe, & ſine Larthe, vt eſt apud Manethonem. An tale quid eſt, in Bohemia de Palatino? vel Palatinus eſt Bohemis, quod ſuus Dux Venetis? ſed ipſe Palatinus ſciuerit, quas conditiones cum ſuo Regno, ſi Dijs placet, iniuerit. DEVS NOBIS HAEC OTIA FECIT.

Fram. de origin

in ſupplẽ Beroſi,

Accipimus liberam illam cõfeſſionem; quod Bohemi Confoederationem vniuerſalem iniuerint, ac pro pleniore Regiminis reformatione, ad nouam Electionem deſcenderint: ſed confœderationem illam interpretamur fædiſſimam rebellium perfidorum coniurationem, ac crimen, quo reos illos cũ omnibus complicibus, ac capite Larthe illorũ reos lęſę maieſtatis diuinæ & humanæ, bono iure pronunciamus, de quo ſupra. Quod cauſas ac fundamenta legitima defectionis à Ferdinando Imperatore habeant, pernegamus. Et qui illi ſunt homines ſine præiudicio, qui aſtipulaturi ſunt cauſæ iſti, ſiue Bohemicæ ſiue Palatinæ? Ex Parei vel Sculteti erunt germine. Adeòne tandem omnes ſęculi tui, vel ętatis noſtrę homines cõtemnendi ſunt viſi tibi, vt neminẽ prorſus Catholicorũ putares exſtiturum, qui dicã litemue ſcribere tibi audeat tã caninę impudẽtię? Quę pręiudicia ſunt Catholicorũ, illa non domo ſe-

mo ſecum efferunt, aut domi priuatæ, ſed ex ſanctarum litterarum oraculis; *Date Cæſari, quæ ſunt Cæſaris*; Item; *omnis anima poteſtatibus eminẽtioribus eſto ſubdita: &c.* Imò verò ab ipſis Bohemis petita ſecũ ferunt, quibus ad reſtim illos, ex propria illorum ſententia adigant. Ex illis litteris, quas Bohemi 27. Maij, Anno 1618. ad Cæſarem Matthiam ſcripſerunt, quas ſupra integras poſui, conſtare affirmant ſibi præiudicia ſua. vbi perſpicuis verbis, ac minimè ambiguis profitentur Matthiam Imperatorem, *à Deo ſibi præſtitutum Regem, Dominum ac Magiſtratum clementiſſimum.* Ex quo inferunt, quod Ferdinandus, quia ſucceſſit in locum Matthiæ, ac per conſequens, in ius illius, idq; legitima electione, proclamatione, coronatione, vnctione, inueſtitura ſit à Deo præſtitutus Bohemis Rex, Dominus ac Magiſtratus. Quod ſi Palatinus nos edocere cupit, legitimè ſe à Bohemis electum, ac coronatum eſſe in Regem Bohemiæ, neceſſe eſt perſuadeat Catholicis, quod factum fuit, illud infectũ eſſe; ac Ferdinandum non eſſe Ferdinandũ; nõ aliter atq; Mercurius euicit olim Soſiam non eſſe Soſiam. Et quorum tu Iurium ac Priuilegiorum recenſione ſuperſedendum putas, quibus ius tuum adſtruas?

Mat 22.
ad Rom. 13.

Bohemi ſe damnant propria ſententia.

Verte omnes te te in facies, & collige quicquid,
ſiue animis ſiue arte, vales. opta ardua pennis
Aſtra ſequi, clauſumue caua te condere terra:

Non effugies ſycophantijs Huſſo-Caluiniſticis. Eo poſſunt ingenio eſſe Bohemi (Huſſo-Caluiniſtas dico nõ Catholicos, aut ſinceriores Lutheranos) quo Frãcos fuiſſe ſcribit Saluian',

Digitized by Google

barum Prouinciarũ Ordinibus nulla actio fraudi eſſe poſſet: quo nomine proteſtationes crebræ ab illis fuerunt interpoſitæ: & in ſumma hoc actum, quod dictante conſcientia noſtra libertatem & proſperitatem Imperij exigere neceſſarium duximus: non quod vlla ſpe aut priuato emolumento, (vtpote rerum futurarum tum prorſus ignari) ad id exſtimularemur; ſed quod in commune, à magnis mutationibus, quas tum veluti præſentes, ob oculos cernebamus, naturâ eſſemus alieniores.

Elenchus.

FAcilè vel iniurato credimus, nihil Palatinũ magis ſeriò egiſſe, quàm vt Electio Regis Romanorum, præſertim cum metus eſſet Ferdinandum ſibi præferri poſſe, ſuſpenderetur. et quis non imaginetur ſibi, nihil prius fuiſſe tum Caluinianis, quàm vt per Bohemos turbarentur ac diſſiparentur illa Comitia Electoralia? Iam ante decennium, id eſt anno 1609. Chriſtianus Princeps Anhaldinus Pragæ, Electorum Statuumq́; præſertim Caluinianorum nomine, ſeditioſam concionem habere non eſt veritus, hoc argumento; Imperij gubernationẽ malè adminiſtrari; proceſſum aduerſus Donaverdam alioſque ſtatus Euangelicos inſtitutum, eſſe tyrannicum; religionem, iuſtitiam, libertatem Germanicã ab Imperatore, per pr-ceſſus aulicos peſſundari, bello contra Turcas minimè neceſſario Germaniam prægrauari; eiusque vires exſugi exhauririque: adeò vt, ni Cæſar, aliũ in modum rem deinceps geſturus,

Anhalmi ſeditiſa concio coram Imperatore

Digitized by Google

Donauerdā in integrum reſtituturus, Imperiumq; aliter, id eſt, pro lubitu, arbitrioqueCorreſpondentium adminiſtraturus eſſet, Proteſtantes, qui in omnem euentum, iam tunc cōſociati eſſent, rationem ſuarum rerum minimè neglecturi, ſed conſilio auxilioque mutuo, ſibi inuicem adfuturi, Cæſariſque Imperio ac iuris dictione inſuper habita contemptaque, ipſi Rempublicam directuri ſint. Eodem Anno 1609. cum iam Regi Galliarū Coronam Germaniæ ſpopondiſſent ijdem Caluiniani (quo ſuper ipſe Rex coram ſuis gloriatus eſt, ac bene precantium vota, pro ſucceſſu fortunato, ſuſcepit:) promouendæ nimirum conſpirationi aduerſusCæſarem, vniuerſamque ſtirpem Auſtriacam; iamque auxilia, in hanc rem, ſat valida ſibi pollicerentur, minimè diſſimularunt, quid animo deſtinatum haberent: nempe tentaturos ſe extrema quælibet, cum fortunarum omnium ſanguiniſque diſpēdio ac profuſione, pro aſſerenda libertate ac Religione. quæ autem illa ſit religio, quam innuerint, ſcripta illa Parei, quouis ſalillo puriora indicant; *Religio pura ſcilicet Idololatriæ exterminatrix*, non eſt alia quā Caluiniſtica; idololatrica eſt illis Papiſtica. Verè tum à tenuiculo filo pependit ſalus Auſtriaci Imperij: ac funus fuiſſet, in Germania ſaltem, ni Deus affuiſſet veluti à machina; *in cuius manu & nos, & ſermones noſtri, & omnis ſapientia.* Non abſimili modo, cum nuper ijdem illi χιλότεχνοι, Bohemorum interventu, ſe prorſus euerſuros exiſtimarent Auſtriacam familiam, in Germanico Imperio, electionemq; Regis Romanorum impedituros; ecce adeſt ille, *qui attingit à fine vſque ad finē*

Vide Modulum Caluiniſticū Romani Imperij.

Sap. 7.

mille arti ſemperni Caluiniſtæ.

fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Nec eſt quod Sap 8.
conſiliarijs Palatinus ſuccenſeat, quaſi minus bene, id eſt callidè, vti ſolent, rem geſſerint. Deus aliter voluit, qui temonem rexit; καθάπερ ἡνίοχος (vt Trismegiſtus ait;) ἀγαθὸς τὸ τοῦ κόσμου ἅρμα, ἀσφαλισάμενος, καὶ ἀναδείσας εἰς ἑαυτόν, μὴ πῶς ἀτάκτως φέροιτο. cap. xv.
hoc eſt *tanquam auriga bonus, mundi huius currum firmans in ſe atq; alligãs, ne inordinatim voluatur.* Agnoſce vim illam ſuperam, Palatine; quæ contra inclinationem tuam ac voluntatem, ſua cõſilia arcana adaptavit. Iam in Comitijs illis fugam ſpectabant omnia, non electionem. Deus qui libram tenuit, in Ferdinandi partem (contra te ſis vide, ac coeleſtem potentiam maturè adora;) pondus iniecit & inclinauit; Illuſtriſſimo Principi Electori Ioãni Suickardo animũ, in illa prouectiori ſua ętate, addidit omni fortuna ac quolibet periculo excelſiorem; quo Ferdinandus, de ſucceſſu iam omnino deſperanti proximus ſiſtitur, in Regem ac Dominum tuum eligitur, coronatur. Agnoſce Magiſtratum illum ſuperiorem, Palatine; ex euentibus, quos ipſe vidiſti: quos nec tui conſiliarij, nec vniuerſa Caluinianorum tuorum factio potuit intercipere. Nec cades ſolum turpiter, ſed rues, ſi vim illam omnia gubernantem non reuerebere; cui ſua cõſtitit præter tuam tuorumque opinionem vel propoſitum, ratio. qua ipſa quoq; Bohemorum Legati, vt Cælo Cælitibusque omnibus inuiſi, non tantum præteriti, ſed ne quidẽ admiſſi ſunt. Potuit ſuas Palatinus proteſtationes interponere, quod à multis retro annis malè de Imperatore Imperioque ſentientium ſu-

Dei prouidentia pro Ferdinando, contra artes Caluiniſticas.

 tium ſu-

tium fuit proprium, vnde ſibi Proteſtantíum nomen acquiſiuerunt. IdemBohemi potuerût. Sed nec ille, neque iſti prouidentiam diuinam potuerût eludere. Hannibal olim, cum à Claudio Nerone interceptum fratrem ſuum Aſdrubalem, quem ex Hiſpania cum nouis copijs ad ſe euocauerat, accepiſſet, eiuſque cæſi caput ante ſtationes ſuas proiectum vidiſſet, Agnoſco inquit, fortunam Carthaginis. Vos, qui, tot annos, iam fruſtra nihil aliud egiſtis, quam vt DomumAuſtriacam & Imperio & omni potentia exueretis, & numen illud Ferdinando præſens adſtruendę potentiæ ante oculos eſtis intuiti, agnoſcite fortunam DomusAuſtriacæ. Non audit Palatinus: dicit hoc actum, quod dictante conſcientia ſua libertatem & proſperitatem Imperij exigere neceſſarium duxit. Quid conſcientia Palatino Comiti, vel Sculteto ſuo dictet, non peruident Catholici. hoc ſciunt, quod in Imperatorem Dominum ſuum vehementiſſimè ſit iniurius, quodque res exemplo careat in Romano Imperio, quam admiſit. Imo & hoc indubitatum eſt Catholicis, non omne illud, quod dictat conſcientia Proteſtanti alicui, protinus bonum eſſe. Comes Palatinus Caſimirus Lutheranos ſibi eijciendos exiſtimabat, ita dictante, vt præſumimus conſcientia. At quis bonus hoc bonum factum dixerit? eſt enim illud pacem religionis violare, fidem fallere. Sic Pareo dictabat conſcientia, quod Lãdgrauius Haſſiæ, eo ipſo, quo Lutheranos Prædicãtes ſuis finibus eijciebat, opus domini ageret. at ille hoc ipſo op' diaboli egit; quia pacem publicam violauit. Deniq; conatur nobis

Præfat. in Oſeam.

nobis Palatinus perſuadere, quod à magnis mutationibus fuerit alienior. ſed fruſtra eſt, niſi eadẽ opera ſimul perſuadeat, eo ipſo, quo coronã Bohemiæ occupauit, euitatas eſſe maiores mutationes. Nos enim putamus, minori motu rem componendam fuiſſe, inter Ferdinandum & Bohemos, ſi Palatinus non accepiſſet coronam; niſi tam leui momento illam rurſus vult deponere, quam ſuſcepit. vt flammæ vis eſt acrior, quo ex maiore incendio emicuit; Ita & nunc erit bellum illud Bohemicum tanto cruentius, quanto plus virium ei addetur à Palatino, cum ſuis complicibus.

Fides Bohemo-Palatina.

QVoniam autem, diuina ſic moderante Prouidentia, electio ad ſceptra Bohemiæ, vnanimi Ordinum Regni, & Prouinciarum incorporatarum conſenſu, in Nos potiſſimum eſt deuoluta; ante omnia Deum, vnicum cordium inſpectorem, noſtramq́; conſcientiam in teſtimonium vocamus, Nos Electorali dignitate, Prouincijſque, ac dominijs hæreditarijs, quæ diuina miſeratione obtinemus, nunquam non vixiſſe contentiſſimos; nec ſublimiora, vel cogitatione vnquam affectaſſe; minus etiam ambitu, corruptelis, prenſationibus, aut quibuſcũque malis artibus, in Regnum Bohemiæ Nos intruſiſſe. Cuius rei eligentes ipſi Regni Ordines luculentum Nobis teſtimonium perhibuerunt, ac quoties res exiget, perhibebunt.

Elenchus.

THalem iam talento non emerim, quippe qui ad huius Peniculi Palatini ſapientiam nimius nugator fuit. Prorſus ego hic μετέωρον aliquem ſiue Pareum, ſiue Scultetum loqui putem, nõ tam ex Caluini Stoa ad nos profectum, quam recentem ex intimo Superorum concilio, reuectante illum Mercurio, in Bohemia vel Palatinatu collocatum. *Salua res eſt*, ait Comicus ille, *philoſophatur quoque*: ne quid amplius dicam, non mendax modo eſt. diuina, inquit, moderante prouidentia, vnanimi ordinum Regni conſenſu electum eſſe Palatinũ. An ordines Catholici inter illos vnanimes? vel nullam prorſus numerum facit ordo Catholicus? An Lutherani vnanimiter adſenſi ſunt? credat Iudæus Apella. Si Catholici à ſuffragijs excluſi fuerunt, ſcimus à Lutheranis nonnullum factum eſſe numerum: immò verò inaudiuimus quod paucis admodum ſuffragijs Palatinus Saxone fuerit potior, & D. Hoe perſuaſit nobis egregia arte eluſum fuiſſe Comitem Schlick, ab illis ſuis vulpib. incendiarijs; vt ſupra enarratum eſt, ac Lutheranos tum anceps ac prope vltimum diſcrimen peperiſſe Caluinianis, de Corona Regni illius. Ad prouidentiã diuinã quod attinet, caue quiſquis es, profano impuri oris rictu illam inceſſere. aliter alias res Theologi docent ſubeſſe diuinæ prouidentiæ; aliter peccata. Res alias vult Deus, vel vt ipſum finem quem deſtinauit, vel vt media ad finem præſtitutum. quæ autem iſto modo

Quomodo peccata ſubſint diuinæ prouidentiæ.

modo vult, ipſius Dei, cuius voluntas nempe cauſa rerum eſt, ſunt effectus. At peccata non vult Deus, ſiue vt finem à ſe deſignatum, ſiue vt media ad finem deſtinata: Ideoque nō ſunt effectus Dei; ſed tantum materia circa quam Dei prouidentia verſatur, nempe in ordine ad bonum; vt quando committitur peccatum, Deus adſit & in bonum aliquod ordinet. ex quo ſumma Dei cum potentia tum bonitas elucet; quod cum ipſe deteſtetur malum, tamen ex eo ab alijs perpetrato bonum eliciat. quo ſenſu pulchre ait Auguſtinus: *Non ſineret Bonus fieri malè, niſi omnipotens etiā de malo facere poſſet bene*. Non permitteret, inquam, Deus, vt Bohemi, repudiato Ferdinando Rege ſuo legitimo, Palatinum Comitem eligerent, coronarent, niſi in illos exitus bonos, quos præſciuit, directurus eſſet; immò verò quos ſperant Catholici, & Dies oſtendet. *In Enchirid. cap. 100.*

Quod additur; Palatinum nullo ambitu vel malis artibus ſe intruſiſſe in Regnum Bohemię; neſcimus, quo animo Palatinus fuerit. Illud ſcimus, quod nōnullos in aula ſua habeat, *Qui hac habent conſilia; vbi data eſt occaſio, rape clepe tene, harpaga*. quique non aliud, à pluribus retrò annis, quam quod ab anno 1566. maiores tentarunt, animo voluūt, quam vt quibuſcunque machinis euertant Catholicos ac Lutheranos, vnaque ruina obruant. Nec purgat ſe hoc ipſo Palatinus, quod ſe nullis prenſationibus in Regnum Bohemiæ intruſerit. vt ab iniuria abſtineret, Regno alterius omnino abſtinere manus debuit, & Imperatori Ferdinando ſuum ius relinquere. Vt enim quis bonæ

fidei

fidei poſſeſſor habeatur, neceſſe eſt ignorarit rem alienam fuiſſe *l. bonæ fidei π. de v. Signif. l. qui à quolibet. π. de contr. empt.* Dicet Palatinus, bono ſe titulo niti; quia exiſtimat Bohemis ius ac fas eſſe Ferdinandum repudiare, ſe autem in eius locum ſibi adſciſcere. Sed negat illud Ferdinandus. Bohemi actores ſunt & cum illis Palatinus. Quis Iudex? Iidem Bohemi, idem Palatinus, AntiRex ſcilicet. in propria cauſa actores & Iudices. Hoc nouum ſcilicet ius, quod Iuſtinianus ignorauit, quod miſelli huius æui Iureconſulti ignorant, Bohemi habent in ſuis priuilegijs, & Palatinus AntiRex comprobauit, incentore ni fallor Pareo, vel Sculteto; ſuffragatore Principe Anhaldino, Magno S. Palatij, Bohemo-Palatini Magiſtro. Quid hæremus Catholici? In teſtimonium vocatur Deus cordium inſpector, & Palatina conſcientia. Reſpondent, pro antiquo illo ſuo rigore Catholici, quo ne latum pilum volunt à legibus diuinis ac humanis decedere, de Palatini conſcientia duabus veterum hiſce litteris N. L. id eſt nō liquet. cæteroquin hoc ſcire ſeſe, quod Bohemi cauſam idoneam dicere nequeāt, cur Ferdinandum excluſerint, Palatinum AntiRegem coronauerint, ac proteſtationes Palatini qualeſcunque videri facto contrarias.

Fides Bohemo-Palatina.

SIquidem nec cauſam ſufficientem, his difficilimis temporibus ad tale quid expetendum, habuiſſemus; cum id vnicum & ſummum votum noſtrum fuerit, pace diuinitus recuperata, Romanum Imperium

perium priſtinæ tranquillitati & quieti reſtitutum aliquando intueri.

Elenchus.

SI iam olim ab anno 1609. iſtæ vires fuerunt Caluinianæ factioni, vt inde animus ſit factus Chriſtiano Principi Anhaldino, iſtas minas Cæſari in os edere, de quibus paulo ante diximus, an hodie minores ſint? An toto decennio nihil promouit ſenatus P. Q. Caluinianus in dilatãdis pomœrijs? Nec Catholici, nec Lutherani profectò hactenus Caluiniſtas habuerunt illos homines, qui nimio ſopore vel torpore, vitium aliquod infamiæ cõtraxerint; ſed qui motu gaudeant nimio, & quibus curæ nimium ſint vigiles, in perturbanda quiete publica. vt Dij illi Homerici prima luce conſiliũ ineunt; ita Caluiniani minimè ſomno grauantur, vbi de acquirendo rerum dominio laborandum eſt: quamuis exoſi ſint Catholicis ac Lutheranis etiam, quod longè plures modos acquirendi habeant, quam qui vllo iure ſint approbati; ſed tantum in ipſa praxi Catecheſis Heidelbergenſis, & vſu quotidiano Confeſſionis Gallo-Belgicæ verſantur. Nec capere ſe aiunt Catholici, quomodo Palatinus, cum ſummum votum ſibi fuiſſe ait tranquillitatem Romani Imperij, tamen AntiRex eſſe voluerit. tam enim rotundæ ſunt Mineruæ, vt negent, illum quietis eſſe amatorem, qui aliena inuadit.

Caluiniani plures habẽt modos acquirẽdi rerum dominia, quam approbati ſunt vllo iure.

Fides

Fides Bohemo-Palatina.

QVanti enim periculi ſit, res ſuas integras cum afflictis aliorũ miſcere, vaſtatis & exhauſtis magna ex parte prouincijs, belloq; continuante (vt alias haud leuioris momenti rationes taceamus) nemo eſt, qui Nobiſcum non intelligat.

Elenchus.

PEriculoſæ plenum opus aleæ quis neget aggreſſum Palatinum. Demetrij quãuis Cynici digna homine ſapiente vox eſt; *Nihil videri infelicius eo, cui nihil vnquam euenit aduerſi:* hac ratione, quod ei vires ſuas experiri non licuerit. Nunc in campum ſe dedit Palatinus, vt fortuna experiri poſſet, cum quo manum conferret. Quod ſi Deus Ferdinãdo vires bonæ cauſę non impares conceſſerit, breui ſciet, maioriſne periculi res, an prudentiæ fuerit ac iuſtitiæ, ſpreta maieſtate Imperatoris ſui Domini, perduellionem Bohemorum probare, ac Magiſtratum ſupremum, per ſummam iniuriam, cum illis oppugnare.

Apud Senec. l. de prouidentia.

Fides Bohemo-Palatina.

QVo minus dubitamus, oẽs prudentes & cordatos facilè & hoc æſtimaturos, ad Regnum quaſſatum & afflictum acceptandum, maiorem requiri reſolutionem, animique conſtantiam, quam ad pacatum detrectandum: quod alterum

terum tamen quibuſdam, in hiſtoriјs immortalem laudem peperit.

Elenchus.

CElebratur omnium Catholicorum ſuffragio Vladislaus Rex Poloniæ, quod Bohemorum Legatos, qui, repudiato Rege Sigiſmundo, ipſum inuitabant, vt Regnum Bohemiæ iniret, hac voce à ſe reiecerit, Religionem ſibi eſſe hæreticis imperare. Nec minori laude ſcriptores extollunt Albertum Baioariæ ducem; quod cum totius Bohemiæ concordibus ſuffragijs, mortuo Alberto Auſtriaco, & Ladislao infante filio in cunis relicto, à populo grandiorem infantis ætatem expectare nolente, in Regem electus eſſet, multis ac facundè dictis populum hortatus fuerit, Regis infantis ætatem grandiorem vt exſpectarent. At verò quod tantopere laudati ſint, qui Regnum aliquod oblatum acceperint, non exſtat alicubi gentium. Paſſim obuia ſunt eorum exempla, qui per ſumma ſcelera etiam ſibi Regnum pepererint. Fratricidas multos dant hiſtoriæ ſacræ ac profanæ, in Abimelecho Gedeonis filio; in Perſeo Rege Macedoniæ; in Polycrate Samiorum tyranno; in Iugurtha, in Attila. Sunt qui bellis proprios parentes regno exuere vel conati ſunt, vel exuerunt; in hoc numero ſunt Abſolon, & Sancius IV. Hiſpanorum Rex. Nec deſunt qui parentes proprios hoc nomine trucidarint. In hac claſſe numerantur Sennacherib, Aſſyriorum; Phraates Parthorum; &c. *Habet hoc vitium omnis ambitio; non reſpicit;* teſte Seneca.

Io. Dubrauius l. 26 hiſt. Bohemicæ.

Fulgoſ.

Epi. 73.

Fides

Fides Bohemo - Palatina.

PRoinde iterum teſtamur pura (vti ſperamus) conſcientia, Quod ſi vlla euidentia media oſtenſa nobis fuiſſent, quibus noſtra repudiatio exitiali huic bello finem imponere, inq; ſalutarem et conſtantem pacem conuertere potuiſſet, ſic vt eo nomine Romano Imperio ſufficienter & idoneè ſatis caueretur; totius habitabilis Orbis opes Nobis non iuxta caras futuras fuiſſe, quin & hac Regni Bohemiæ Corona lubentes non ſolum deceßiſſemus, ſed & extremum virium noſtrarum ſponte & vltro ad id impendiſſemus.

Elenchus.

Pl. Aulularia.

Non mihi placent homines, qui quando malefecerunt, purgitant:

Præſertim cum illi, vel ſuccidanei illorum, qui *diuiſionem inter ſeptem candelabra,* vt Aureæ Bullæ verbis vtar, *lucentia in vnitate Spiritus ſeptiformis, quibus ſacrum illuminari debet Imperium, multoties poſuerunt*; tanta fiducia de ſe ipſis loquuntur, vt illorum veluti Atlantium humeris vniuerſa tranquillitatis publicæ cura ac ſolicitudo inniti videatur. Quæ iſta, obſecro, eſt ratio vel oratio, vbi ait Palatinus, ſe & Corona Bohemiæ deceſſurum, & vires omnes in hoc impenſurum fuiſſe, ſi bellum Bohemicum, in pacem conſtantem conuerti potuiſſet? nunquid hinc ſequitur; quia bellum iſtud non fuit compoſitum inter Imperatorem & perduelles, idcirco ei licitum fuerit, Corona Regni Imperatorem, Supremum nempe & ſuum & totius nominis Chriſtiani Magiſtratum politicum pri-

Aur. Bullæ oroœmio.

priuare? Aut quis Deus, quæ conſcientia, quæ ratio, quæ lex dictauit Palatino, tum Imperio reſtituendam conſtantem pacem, cum ille regnum Bohemiæ, excluſo Ferdinando Imperatore ſuſcepturus eſſet? An putauit Ferdinãdum iuri pro ſe, ex legitima ſua electione, proclamatione, inunctione, coronatione, inueſtitura, introducto renũciaturum, ſimul atq; intellecturus eſſet, Fridericũ Palatinum Regni illius gubernacula ſuſcepiſſe? Maiori profectò ratione potuit ſibi imaginari Paris, non moturos Græcos Troianis ſuis decennale bellum propter Helenam Menelai. Abſtinuiſſet Corona Bohemica Palatinus, ſi media ipſi fuiſſent oſtẽſa, quibus bellum in pacem conuerti potuiſſet, *ſic, vt eo nemine Romano Imperio ſufficienter & idoneè ſatis caueretur*. Dictum opinor, quod vel ex ima plebecula homuncioni bilem mouere poſſit. Quis enim antepenultimum quempiam Electorum ſic loqui putaret, ac non potius Carolum Magnum, vel Othonum Henricorumq; priſcorum aliquem; Certè Imperator Carolus IV. ex officio, quo Cæſarea dignitate potiebatur, & inter Electores, vt Rex Bohemię ſtipatus Imperij totius Electoribus Principibus tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus, leges ad vnitatem, inter Electores, conſtituendam laturus, ac diſſidiorum periculis aditum præcluſurus, de Imperialis poteſtatis ſuæ plenitudine, vix locutus fuiſſe videtur auguſtius. Nũquid vni Palatino, in ordine Electorum antepenultimo, hæc cura incumbit, vt idoneè illi caueri oporteat de pace Romani Imperij? Quid Imperator Ferdinandus tam Imperij, quàm

primariæ Electionis iure quo fungitur? quid Electores Moguntinus, Colonienſis, Treuirenſis? quid Saxo? an non omnes ſi coniuncti maiorem poſsũt inire rationẽ, qua caueatur ſaluti totius Imperij, quam vnus Palatinus? At hi omnes, ſi quærant, nunquid hoc modo, quo probatâ perduellium Bohemorum cauſâ, Palatinus ex illorum manu Coronam ſibi oblatã ſuſcipit, communis tranquillitatis nomine, in Imperio Romano caueatur idoneè? Quid ad hanc quæſtionem Palatinus? Quæ enim idonea videtur cautio Antiregi iſti, non illis proinde videbitur: ſed commune Imperij incendium Caluiniſticum.

Fides Bohemo-Palatina.

NEc verò etiam in hoc maximè arduo negotio quicquam temerè aut properanter egimus; ſed ante omnia Deum Omnipotentem, qui ſolus transfert Imperia, quocunque vult, ardentibus animi votis ſæpius imploravimus, vt in ſemita recta ac veritatis via Nos deduceret, ſanamq; & inconcuſſã mentẽ Nobis largiretur. Poſt etiã cũ Amicis ac Propinquis noſtris hac ſuper re contulimus. Ac tandem circumſtantijs omnibus probè ponderatis, in maximo hoc opere, admirabilem Dei prouidentiam, & forte brachium Altiſſimi, manifeſtè deprehendimus.

Elenchus.

Pl Pœn. *Quid ei diuini aut humani æquum eſt credere;*

Qui ſic philoſophatur? ponimus in negocio, de ſuſcipienda corona Bohemica, Palatinũ inſumpſiſſe dies plurimos. at quid hinc per ſequelam

quelam neceſſariam colligitur? an hunc in modum argumentabimur; Palatinus diu deliberauit ante, quam à Bohemis ſibi oblatã coronam ſuſciperet; ergo ius & fas illi fuit coronam illam ſuſcipere? quid huic aut Xenophon habuit, aut Plato ſimile, ad acumen conſequentię? Vel ſic ratiocinabimur; Palatinus Deum, qui ſolus transfert Imperia, votis ardentibus implorauit vt ſanam illi mentem largiretur? Ergo Bohemi iure Ferdinandum Imperatorem potuerunt repudiare, & Palatinum Ferdinando ſubſtituere? Quid contra hancillationẽ Stagirites ille, quid Zeno poſſet? Vel ſi hac forma concludamus: Palatinus etiam cum amicis ac propinquis contulit, eſſetne ipſi accipienda corona Bohemiæ; ergo eſt iuſto titulo Antirex Bohemiæ? quid Carneades; quid Chryſippus vnquam potuerunt inferre ſubtilius atq; factũ à Prædicantibus Heidelbergenſibus? ſed affirmat Palatinus, quod in iſto opere admirablem Dei prouidentiam & forte brachium Altiſſimi manifeſtè deprehenderit: Ergo vos Catholici, valete & plaudite: quia Catechiſmus Heidelbergenſis eſt quintum Euangelium.

Fides Bohemo-Palatina.

PRoinde volũati & vocationi diuinæ diutius refragari nec voluimus, nec etiam debuimus: quo firmius perſuaſi ſumus Regni Bohemiæ annexarumq; Prouinciarum Ordines, tam Eccleſiaſticæ & Politicæ libertatis ſtabiliendæ, quàm legitimi & antiquiſſimi liberæ Electionis iuris, quod varijs cuniculis hactenus tentatum & oppugnatum fuit,

defendendi, adeoq; totius Regni reformandi, ſufficientiſsimas optimoq; Iure fundatas rationes habuiſſe; atq; ita totum negotium legitimũ, Chriſtianum, ac laudabile eſſe, cuius exempla in ſacris, & profanis hiſtorijs quamplurima reperiantur.

Elenchus.

Πουλυδάμα σὺ μὲν οὐκ ἔτ' ἐμοὶ φίλα ταῦτ' ἀγορεύεις.
Polydama nec adhuc iſtac mihi amica profaris.

NOn ſic peperiſti pedibus perſugium. Agite quotquot eſtis ex cætu illo nouitio Catechiſtarum Heidelbergẽſium: quando illam voluntatem Vocationemq; Dei nobis probatuꝛi eſtis? *Quo die orcus ab Acherunte mortuos emiſerit.*

Niſi rite Palatini probauerint Samuelem reſurrexiſſe, qui ex celeſti oraculo fidem fecerit, quod Ferdinandum Imperatorem Dominus proiecerit, ne ſit Rex Bohemiæ, & vt olim ex omnibus filijs Iſai Dauidẽ, ſic ex omnibus hodie Caluini filijs, Fridericum Palatinum elegerit, quem vngeret in medio fratrum Huſſo-Caluinianorum, non deerunt Catholici, qui illam vocationem Palatinam affirmabunt neſcio quid præ ſe ferre enthuſiaſmi Anabaptiſtici, à Ioanne Bueckeldo, in VVeſtphalia olim Anno 1531. ventilati; quo ſtimulatus per vrbẽ Monaſteriũ Regni ſui Metropolitanã, proclamauit, REX SION VENIT. ac poſt id in domũ ſe abdidit, ſcripto ijs, qui capti erant iſto oraculo, ſignificans triduo ſibi linguam à Numine occluſam. quo exacto, mãdatum ediſſerit, quo creandi

creandi eſſent duodecim Iudices, ad numerum filiorum Iſraelis; quibus merum ac mixtum eſſet imperium. à quibus cum Regno excludi ſe animaduerteret, eodem inſtinctu fanatico Ioannem Vvarendorpium impellit, qui nouo ſpiritu prophetico iudices illos duodecim exauctoraret, & ipſum Regem non Sionis modò, ſed vniuerſi orbis terrarum conſalutaret. Proinde Catholici non credunt, quòd Bohemorum vel Palatini inſtitutum ſit laudabile vel Chriſtianum: vel quòd, ex ſacris aut profanis litteris, Prædicantes Heidelbergenſes commonſtraturi ſint, cauſam Palatini bonam vel piam eſſe. Dicit Palatinus ordines Bohemię ſufficientiſſimas rationes habere totius Regni reformãdi. Quis illũ Iudicem iſtarum controuerſiarum conſtituit? Quamuis Imperator, ſeu Rex Romanorum, ſuper cauſis, pro quibus impetitus fuerit, pro veteri conſuetudine, vt eſt in aurea Bulla, coram Palatino reſpondeat: *illud tamen iudicium Comes ipſe Palatinus, non alibi, præterquam in Imperiali Curia, vbi Imperator, ſeu Romanorum Rex præſens extiterit, exercere poterit.* Sed quis illud iuris Palatino tribuit, aut tribuere poterit, vt in propria cauſa, pro libidine animi ſui, ipſe ſibi Ius poſſit dicere? Tam facilè quàm vulpes pyrum comest, hic Palatinus pronunciat, ordines Regni Bohemiæ habere ius tam Eccleſiaſticę quàm politicæ libertatis ſtabiliendæ. At quis ferat illum de rebus Eccleſiaſticis, ſeu religionis negocio, in præiudicum Imperatoris, ſententiam ferre, qui ipſe non eſt comprehenſus in pace Religionis? Vix me contineo, quin iſtiuſmodi vecordium lymphatis

illis Anabaptiſtarum, ac ſideratis commentis dicam nõ abſimilem. Apage ergo, cum iſtis tuis Prædicantiſmis, Pareiſmis, Sculteriſmis; totum hoc negocium Bohemo-Palatinum legitimum, Chriſtianum, ac laudabile eſſe, cuius exempla in ſacris ac profanis hiſtorijs quamplurima reperiantur. vnum cedo, quiſquis es ex Caluinologiæ ambulacris, quod in rem tuam ſit, & cauſa decedo.

Fides Bohemo-Palatina.

PORRO in toto hoc negocio intentio noſtra nõ eſt, cuiquam quod ſuum eſt, contra ius faſq́ eripere & detinere; potius eos, quorum libertas, priuilegia, literæ Maieſtatis, liberum Euangelicæ Religionis exercitiũ, aliaq́ optimo iure acquiſita oppugnantur, tueri & defendere; ac quantum Deus virium largietur impedire, ne tot inſignes prouinciæ, tot piorum innocentum millia, ad extremam deſolationem redigantur.

Elenchus.

QVis tam vacui ſit capitis, cui non moueat indignationem tam vecors oratio? Palatinus nõ tantũ perduellibus Bohemis patrocinatur, ſed etiam Regnum Bohemiæ cum annexis Prouincijs, quæ Ferdinando debentur optimo titulo, occupat malo titulo, & tamen ſcripto profitetur, non ſe velle cuiquam ius ſuum eripere. Quod ſi tibi Domino inuito rem tuam quis auferat, cum proteſtatione, quod nolit ti-

it tibi ius tuum, contra ius eripere: quid tu contra illi diceres? nunquid flagri ſubiculum, in rem malam ire iuberes? quoniam hoc poſito, quod rem tuam inuito tibi aufert, non poſſit tibi ius tuum non eripere? Quid ni eodem colore potuit vti Abſolon contra Dauidem patrem ſuum? cum malitioſè populo coepit adulari, & parentis facta vituperando, ſe regnaturum benè iactaret, quid ni potuit & illud addere; non eam ſibi eſſe intẽtionem, vt patri ſuo ius ſuum auferret, ſed vt populo melius eſſet ſub mitiori ſuo Imperio? Nec minus eſt intolerabile, quod Palatinus ponit Bohemorum libertatem, priuilegia &c. velle ſe contra vim iniquam tueri. Quæro quis iniquam vim intulerit? Negat Imperator, & ſeriò negat tentata Bohemorum priuilegia, aut libertatem vellicatam. Ergo Palatinus in Imperatorem eſt iniurius, ne quid dicam vehementius.

Fides Bohemo-Palatina.

PRoinde cum in hoc pio & ſancto propoſito nullas ſeculares voluptates & delicias, nullum priuatum honorem & emolumentum, ſed ſolum Dei gloriam, ſalutem publicam, conſolationem & conſeruationem afflictorum, propoſitam nobis habeamus; firmiter confidimus Deum nobis affuturum, manumq; auxiliatricem cœlitus porrecturum; vt ſua ope ſalutariter, ac contra omnium mortaliũ cogitationes perficere valeamus, quod ipſe pro admirabili ſua ſapientia, vt fieret, iam ante decreuerat: Illud quoq; cogitãtes, Quod ſi vocãtis Dei voci inobediẽtes & refractarios Nos oſtendiſſemus; oneraſſemus haud dubiè

conſcientiam noſtram, ac iuſtam Numinis indignationem in caput noſtrum prouocaſſemus.

Elenchus.

HAbemus, Catholici, fructum Euangelij Quinti ſecundum Heidelbergenſes, quæ eſt Catecheſis illorum, Totum hoc quantum eſt negocij, quod Palatinus nunc gerit; nempe quod perduellium Bohemorum cauſam iniquiſſimam, contra Imperatorem legitimum Magiſtratum, à Deo ſibi præſtitutum fouet; quod Regnum & Prouincias illas cum Regno confœderatas inuito ſuo Domino eripit, illud Deum, pro admirabili ſua ſapientia, vt fieret, iam ante decreuiſſe. Ex nefando Simonis Magi dogmate reſuſcitata eſt Demagogorum Caluinilatrarum hæreſis ac blaſphemia; qua inſtillatur infelici populo, *Hominem iuſto Dei impulſu agere, quod ſibi non licet.* Item; *quod à Deo ipſo manet efficatia erroris.* Item; *quod tergiuerſando*(Catholici;) *effugium quærunt, Dei tantum permiſſu non etiam voluntate fieri; nempe excæcationem hominum,* obdurationem cordium, inceſtos coitus; & quicquid eſt ſcelerum congenerum. Quæ ſi vera ſunt, quid opus eſt logomachijs iſtis palatinis? niſi fortaſſis dicant, & has, pro admirabili ſapientia Dei, vt fierent, iam ante decretas fuiſſe. quod ſi eſt, quid ego hîc damno iſtas blaſphemias hoc ſtilo meo? immò verò cur non damnem? vbi quod damno, non poſſum non damnare? nugæ nugarum nugaciſſimæ. non ratione, ſed Scoti ſcutica cum illis agendum eſt, qui aiunt homines nihil deliberãdo agi

Calu. l. 1. Inſt. c. 18. § 4.

Cap. 14.

do agitare, niſi quod Deus iam apud ſe decre- *Mat. 13.*
uerit. *Eſt enim inimicus, qui ſeminauit ea, Diabolus,* *Ioan. 8.*
qui cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur.
Sed ne quid in altiorem Theologiam nos immergamus; age craſſiori minerua tecum agam, quiſquis es, qui Domino tuo Palatino talium auctor es dogmatum. Cur Palatinus bello minimè neceſſario ſe implicuit? vel cur hic potius rem Bohemicam protegendam ſuſcepit, quam alij Electores? Nunquid æquè aliorum Electorum, ac præſertim Eccleſiaſticorũ, (vt omittã hîc Imperatorem;) atque Palatini interfuit, vt, pacis nomine, Romano Imperio idoneè caueretur? quo iure diſſidium in Religionis negocio componet, vel dijudicabit ille, cuius Religioni non eſt locus, vel eſſe non debet in Imperio? qua lege iubebit ipſe nos credere, illum eſſe, qui neſcio quid pro aſſertione libertatis ac priuilegiorum Bohemicorum perfecturus ſit, quod Deus, pro admirabili ſua ſapientia, vt fieret iã ante decreuerit? opplet chartã & aures noſtras Palatinus, brachio Altiſſimi; voluntate ac vocatione diuina; decreto diuino; voce diuina; &c. quam nobis fidem faciet? Accepimus ex diuinis pandectis; quod Deus, cum pro liberatione populi ſui Iſraelitici miſſurus eſſet Moyſen, ad tyrannum Pharaonem, non abſque ſigno Legatum illum à ſe dimiſerit. Cum *Exodi. 3.*
enim Moyſes reſponderet; populum non ſibi *& 4.*
crediturum, ſed dicturum; quod non apparuiſſet ei Dominus; virga illa tot prodigijs nobili inſtruxit illum Deus; immò *& verba ſua in ore illius poſuit;* tum etiam in ore Araonis ſe fore appromiſit. Nec abijt Moyſes ad populũ, niſi

Digitized by Google

armatus his omnibus, quibus fidem poſſet legationis ſuæ palam ædere, oſtentoque non vno communire. A Moyſe ad Gedeonem imus: cui apparuit Angelus Domini, dixitque; *Dominus tecum virorum fortiſſime &c. Vade in hac fortitudine tua, & liberabis Iſrael de manu Madian.*

Iudic. 6.

qui inter cætera reſpondit, *Si inueni gratiam coram te, da mihi ſignum, quod tu ſis, qui loqueris ad me.* Fecit Angelus; *extendens ſummitatem virgæ quam tenebat in manu, tetigit carnes & panes azymos: aſcenditque ignis de petra, & carnes azymoſque panes conſumpſit.* Sed nec in hoc ſigno conquieuit virorum fortiſſimus ille, Angeli eclogio; *dixitque ad Dominum: Si ſaluum facis, per manum meam, Iſrael, ſicut locutus es, ponam hoc vellus lanæ in area: ſi ros in ſolo vellere fuerit, & in omni terra ſiccitas, ſciam quod per manum meam, ſicut locutus es, liberabis Iſrael. Factumque eſt ita. Et de nocte conſurgens expreſſo vellere, concham rore impleuit. Dixitque rurſus ad Dominum, ne iraſcatur furor tuus contra me, ſi adhuc ſemel tentauero, ſignum quærens in vellere. Oro vt ſolum vellus ſiccum ſit, & omnis terra rore madens. Fecitq; Dominus nocte illa, vt poſtulauerat: & fuit ſiccitas in ſolo vellere, & ros in omni terra.* Quid ad hæc Prædicantes Heidelbergenſes? vt probent, piũ ac ſanctum eſſe Palatini propoſitum, neceſſario commonſtrandum illis eſt, primò Bohemos, Quados, Marcomannos eſſe Dei populum, ſicut populus Iſraelis fuit Dei populus. ſecundò, non aliter illos oppreſſos fuiſſe, ſub Imperatoribus Matthia ac Ferdinando, atque populus Iſraeliticus fuit ſub tyrannide Pharaonis & Madian. tertiò, quod oppreſſi fuerint à Magiſtratu

ſtratu non legitimo. quarto quod cultus diuinus Palatini ſit idem, qui illorum eſt rebelliũ, quos nominaui. Nam ſi populus Caluinianus eſt Dei populus, ſequitur quod Huſſiticus vel Lutheranus populus nõ eſt Dei populus. Nulla enim Deo eſt communio cum Belial: *cum vnus ſit Dominus, vna fides, vnum baptiſma.*

Fides Bohemo-Palatina.

SEd & hoc conſiderandum nobis obyciebatur, Quod ſi diuinam hanc vocationem excuſsiſſemus, alios, inprimis Religione nobiſcum deuinctos, inſecuturas cœdes ac vaſtationes Prouinciarum, probabiliter nobis imputaturos fuiſſe.

Elenchus.

- Dijne hunc ardorem mentibus addunt
Euryale? an ſua cuique Deus ſit dira cupido? *Virgil. 9. Aeneid.*
Aut pugnam, aut aliquid iam dudum inuadere magnum.
Mens agitat tibi, nec placida contenta quiete eſt.

CItius clauam Herculi extorſeris, quam cerebro Prædicantis Heidelbergis, vbi contra fidem Catholicam agitur, illam Palatini vocationem. Caluini nimirum blaſphema ſunt hæc deliria, *Quod Deus clauum teneat in vnoquoque*

Digitized by Google

vnoquoque facinore. quod ab vniuerſali motione Dei creaturæ vt ſuſtinentur, ita efficaciam quiduis agendi ducunt; illa ſpeciali actione, quæ in vnoquoque facinore apparet. Quid exſpectandum eſt Catholicis ac Lutheranis, ab iſta hominum factione, *cui ſpiritus impurus eſt Dei ſpiritus, quia ad eius nutum potentiamq́; reſpondet, inſtrumentum magis Dei, quam à ſe ipſo Auctor?* Quid, cum iſta peſte hominum ſit in genere humano nobis commercij, quam Diabolus habet innocentiæ ſuæ defenſatricem acerrimam ? quæ cum exitium creat Reipublicæ Catholicæ ac Lutheranæ, illud ſpeciali & efficaci actione Dei totum agi affirmat? Sed non capimus, quod huius æui noſtri Ioſue non tantum Religione ſecum deuinctos, ſed & alios à cædibus & vaſtationibus ſit liberaturus. Adeone illi,

L. 1. inſt. c. 18. § . 1.

Lib. 3. c. 4. § . 2.

Lib. 2. c. 4. § . 5.

Tros Rutulusue fuat, nullo diſcrimine habendus?

Ac tam ſaluos faciet Lutheranos, quam Picarditas vel Caluinianos? quæ hæc erit metamorphoſis? lupis illis Caluinianis, & agnis Lutheranis tanta erit concordia?

Credula nec flauos timeant armenta leones?

Horat. li. ep. od. 16.

Si quid ſapit Comes de Bucquoi, iam fugam ſpectat; nec exſpectat, donec Palatinus ille Gedeon, cum trecentis verbi - Miniſtris, caſtra circumueniat; incipiantque tubis clangere, lagenas inter ſe complodere, & clamare,

Gladius Domini, & Gedeonis Palatini.

Iudic. 7.

Fides;

Fides Bohemo-Palatina.

VNde quid aliud expectandum erat, ſi parti aduerſæ oppreſsio Bohemorum, & confœderatarũ Prouinciarum ex voto cecidiſſet, quam videre arma victricia in Nos ipſos, alioſque Euangelicæ Religionis Ordines conuerti? Quis enim ſæuas ipſorum comminationes, quà publicè, quà priuatim in Nos euibratas, ignorat? quis ſcripta illa nouitia publicè emiſſa? quibus claſsicum in nos canunt tanto quidem furore, vt nec ſequiori ſexui, nec innoxijs infantibus, tam ſuis quam alienis, nec familijs Illuſtribus, & qui ab eis dependent, parcendum eſſe cenſeant.

Elenchus.

PRopriũ eſt nocentium, trepidare, plurimum equidem tormentorum neceſſe eſt inſit Caluiniſtarum conſcientijs. eò quod perpetũa illas neſcio quæ ſolicitudo vrget ac verberat. Vbi nunc Pyrgopolinices ille, qui Anno 1609. omnem auctoritatem maieſtatemque Imperatoris, vno difflabat ſpiritu?

Quaſi ventus folia, aut panniculam tectoriam? Pl. Mil. glor.

-Quem dudum non vlla iniecta mouebant

Tela, nec aduerſo glomerati ex agmine Graij;

Nunc omnes terrent auræ, ſonus excitat omnis Virgil. 2. Aeneid.

Suſpenſum,

Quod

Quod illud claſſicum eſt quo

- neſcio quod trepidis malè Numen amicum
Confuſam eripuit mentem?

SI nomen non præfixiſſet Scioppius, Ieſuitarum fuiſſet An, quia Scioppius, quod ex re Cotholica ſibi fuit viſum, Papiæ ſcripſit, idcirco Imperator moturus fuit in Palatinum nihil hoſtile molientem, nec Bohemorum perduellioni ſeſe inmiſcentem? vbi mens, vbi ratio? Scimus quod iá ante multos annos Caluiniſtæ prouulgarint, Catholicos pleroſq;, præſertim Ieſuitas, docere quod Catholici vel prorſus nō teneantur pacē Religionis ſeruare, vel ſaltem non poſt Concilij Tridentini finem. quo & Imperatori & exteris Principibus ſuas confœderationes purgarent. Sed iam diu toti Mundo clarum eſt, quod Catholicorum Theologi ac Iureconſulti apertè doceant, Pacem Religionis in Imperio, ex cauſis ſat validis, factam maturo conſilio, ac prorſus conſtabilitā, nec poſſe nec debere frangi, aut vllo modo retractari; imò verò quod nec Pontifex illi paci, quæ ex conſtitutionibus Imperij rata ſit, derogare poſſit. Nō ergo habent Lutherani quod à Catholicis ſibi metuant; ſed ſi ſapient vtrinque; vires conſociabūt, vt illos cōpeſcant, qui & à pace Religionis expreſsè, quod ſæpius dictum eſt, excluſi ſunt, & vtriuſque imminent exitio: cuius ſpecimina paſſim viſa ſunt, in Palatinatu, in Haſſia, in alijs locis, è quibus non tantum Catholici, ſed Auguſtanæ Confeſſionis homines miſere pulſi ac fugati ſunt.

Videndi Becanus; de fide hær. ſeru. Eder parte 2. Euāng. Inquiſ. pag. 396 Ernſtberger Anton. l. 3. cap. 19. VVindeck, Lorichus, Roſenbuch, & alij.

Fides Bohemo-palatina.

Illud præterea diligenter Nobis erat conſiderandum, laudatiſſimum Bohemiæ Regnum cum incorporatis pulcherrimis Prouincijs quæ membra ſunt Imperij haut poſtrema, & quaſi murus exteris nationibus ex ea parte obiectus, ni maturè efficacibus remedijs ipſis conſuleretur, facilè in alienas manus incidere, ac temporis lapſu à reliquo Imperij corpore prorſus auelli; ſaltim ex ea parte plurimum incommodi, inprimis vicinis Electoribus & Principibus, inferri potuiſſe. Nobis verò, ob domum Electoralem noſtram ac ſuperioris Palatinatus Principatum, eo maiore ſtudio fuit inuigilandum; nec tantum pro ea fide, qua S. Rom. Imperio, Patriæ noſtræ dulciſſimæ, ſumus obſtricti; ſed & ob dictam domum noſtram Electoralem, quæ cum Bohemiæ Regno antiquiſſima Confœderatione eſt deuincta, tanto diligentius proſpiciendum fuit, ne Regnum nobiliſſimum vel ex ea parte quicquam detrimenti caperet. Id quod nemo, vt ſperamus, improbabit, qui cauſam hāc ſine affectuum glaucomate ad æquum rationis Iudicium reuocabit.

Elenchus.

TAm inſulſe, tam putidè hæc ſuperioribus aggeſta ſunt, vt nauſeam inſpectanti moueant; ac nauteam quis bibere malit, quam refellendis illis diutius immorari. Bellum, Cononi curæ eſto. Quid ad Palatinum magis hæc ſolicitudo ſpectat, quam ad alios

ad alios pertinet Imperij Romani Electores & Principes? Nunquid Saxo eſt vicinior Bohemiæ ac Prouincijs confæderatis, quàm Palatinus, vt de Baioariæ Principe, vel Brandeburgico, tum etiam Bambergenſi Principe, Franconiæ Duce nihil hic moueam? Quod ſi metus ſit, ne Bohemia, cum Prouincijs annexis, in alienas manus incidant, ac temporis lapſu à reliquo Imperij corpore auellantur; non tam ille tanget omnes in vniuerſum Electores ac Principes Imperij, quàm Palatinum? Demonax aliquando, in balneis, cum aquam feruidiorem, à ſe nõ tentatam, ingredi cunctaretur, & alius meticuloſum appellaſſet: quid, inquit, an hoc pro patria paſſurus eſſem? Nihil aliud innuẽs, quàm temeritatis eſſe non fortitudinis, ſubire periculum, niſi ob rem viro forti dignã. Quod Palatinus pro Bohemia conatur, hoc ipſo eſt illaudabile, quòd pro mala, Bohemorũ cauſa eſt, ideſt, in defendendo perduellionis crimine, quo nullũ eſt fœdius. ingreſſus eſt aquam illam feruentiorem, immò totam ebulliẽtem: cui an bonã frigidam inijcere poſſit, ipſe viderit. Ad me quod attinet, videtur Palatinus magnos calceos aptaſſe minoribus pedibus: nec ſat conſulto extra ſpartam ſuam abijſſe.

Horat. ar te poet.

Ludere qui neſcit campeſtribus abſtinet armis.
Indoctuſque pilæ, diſciue trochiue quieſcit.

Quoties viſum eſt, quàm exiguum horæ momẽtũ interfuerit inter ſoliũ & aliena genua? Suaſiſſem ego, diutius æſtimaſſet illa, quæ ag-

greſ-

aggreſſurus erat, ac vires ſuas cum rebus, quas erat tentaturus, comparaſſet. atque etiamnum ſuaderem, vt quamprimum deponeret onus, quod ferente videtur fore maius: ſenſimque ac pacificè de faſtigio illo deſcenderet, ex quo, ſi bello ſit inferior, non poterit niſi cadendo præcipitari: præſertim cum nullam cauſam iuſtam poſſit dicere Palatinus, cur ſibi potius Bohemorum patrocinium fuerit ſuſcipiendũ, quam alijs Imperij Principibus; quibus æquè cara eſt ſalus Reipublicæ Chriſtianæ, quam Palatino eſſe poſſit. Si enim dicat, Bohemiam cũ annexis Prouincijs, eſſe inſtar muri, qui exteris nationibus ſit obiectus; non minus eſt Saxoni, & Bauaro, & alijs. Si dicat domui ſuæ cum Bohemia intercedere aliquam confęderationem; ſunt & alij, quibus, ni fallor, antiquius cum illa fœdus eſt. Sed quod fœdus poſſit intercedere Palatino cum Bohemis, vt in perduellionis crimine aduerſus Imperatorem Dominum ſuũ, teneatur illis opem ferre? Nimis friuolum, immò ridiculum eſt, quod ait ſibi potiſſimũ fuiſſe proſpiciendum, ne Regnum nobiliſſimũ vel ea parte, qua nempe vicinos ſpectat Imperij Principes, quicquam detrimenti caperet. Sciat Palatinus, quod Deus, qui Reges ac Principes in hoc Mundi theatrum inducit, & qua perſona vult, inducit, Electorem voluerit illum in Imperio Germanico agere, non Imperatorem. & non vni Electori, qualis ipſe eſt, ſed Imperatori hanc diuinitus curam incumbere, vt res Imperij ſaluæ ſint. nec alium malle, vt Bohemiæ, cæteriſque Prouincijs ei inſitis bene ſit, quam Imperatorem, cui Regnũ illud Bohe-

miæ cum Prouincijs illis, iure optimo diuino ac humano, in ſolidum debentur.

Fides Bohemo-palatina.

QVapropter in nomine SS. & Indiuiduæ Trinitatis, ad propagationem gloriæ diuinæ, oppreſſorum conſolationem, Libertatis, & publicæ Pacis defenſionem, aliaſque ob cauſas vrgentiſſimas, magna ex parte recenſitas, nec non Ordinum Regni Bohemiæ, annexarumque Prouinciarum iteratas humiles petitiones, ſpectabiles legationes, ſubmiſſas graueſque rationes & conteſtationes, tandem vnanimem illorum Electionem approbauimus, ſimulque Coronam ac Regimen laudatiſſimi Bohemiæ Regni & incorporatarum Prouinciarum in Nos ſuſcepimus: eoque nomine, cum Coniuge dilectiſſima, Magnæ Britanniæ Principe, Deo bene iuuante, ipſum Regni caput Pragam petijmus: vbi poſt paucos dies, cum memorata Coniuge noſtra dilectiſſima, communi conſenſu, & voluntate vnitorum Ordinum, totiuſque Populi applauſu vnanimi, conſuetis ſolennitatibus inaugurati, in Regni Thronum ſumus collocati. Quem benigniſſimus Deus præpotenti ſua dextera ſtabiliat, ſuumque S. Spiritum deſuper nobis largiatur, quo Regimen noſtrum vniuerſum eò ſemper dirigamus, vt Dominus Dominantium, Rex & Saluator noſter Ieſus Chriſtus, nobis noſtriſque ſubditis dominetur; quo vera & ſincera Pax creſcat in terris, ac diuina Gratia & Benedictio indies ſuper nos multiplicetur.

Elen-

Elenchus.

DIxi ab initio, Artotrogum illum Palatinum, non nimis malè exorſum fuiſſe, peius narraſſe, ac peroraſſe peſſimè. Mirum, ni ingredienti, cum vxore, vrbem Palatino, ab Ordinibus pegma aliquod, apparatu magnifico, fuit exhibitum, quod Dauidis inunctionem, reiecto Saule, repræſentaret in imagine; monumentum ſcilicet, vt pulſis tyrannis Auſtriacis, iam ſubditum ſibi populum imperio leniori regat, ducatque eodem momento, in fortunatas neſcio quas inſulas.

Reddit vbi Cererem tellus inarata quotannis,
Et imputata floret vſque vinea:
Germinat & nunquam fallacis termes oliuæ, Horat. in epod. ode. 16.
Suamque pulla ficus ornat arborem:
Mella caua manant ex ilice. &c.

Memini in Tullio me legiſſe alicubi; Omnis iniuſtitiæ nullam eſſe capitaliorem, quam eorum, qui, cum maximè fallunt, tamen hoc agunt, vt viri boni videantur. In eandem prorſus ſententiam à Platone ſcriptum eſt, ſummam eſſe iniuſtitiam, iuſtum videri velle, vbi ſis iniuſtus. Et quod mireris illud eſt, nō vno loco confiteri Palatinū, quod nō perturbatione aliqua animi, quæ, vt Cicero ſcribit, plerunque breuis eſt, & ad tēpus; ſed conſultè, & cogitatò facinus illud cōtra Imperatorē, Dominū ac Magiſtratū ſuū diuinitus ſibi præſtitutū, aggreſſus fuerit: cum leuius

crimen fuiſſet, ſi repentino motu quodam animi in illud incidiſſet, non præmeditatum ac præparatum intuliſſet. Non poſſum, quin ex
Cap. 24. S. Iobi oraculo in Palatinũ dicã: *Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in ſuperbiam: oculi autem eius ſunt in vijs illius. Eleuati ſunt ad modicum, & non ſubſiſtent, & humiliabuntur ſicut omnia, & auferentur, & ſicut ſummitates ſpicarum conterentur.* Non eſt Dei vocatio, quam obtexit Palatinus, ſed regnandi illecebra, quæ malum hoc tam grande ſuaſit. Auguſtini clara verba ſunt, *Malam voluntatem ad auctorem Deum eſſe referendam, nefas eſt dicere.* Et alibi: *Nuſquã legimus, Non eſt voluntas niſi à Deo; Et rectè non ſcriptum eſt, quia verum non eſt. Alioquin etiam peccatorum, quod abſit, Author eſt Deus, ſi non eſt voluntas niſi ab illo; quoniam mala voluntas iam ſola peccatum eſt.* Clamat Eccleſ. *Nemini mandauit impiè agere.* Apage ſis ergo cum illa SS. Indiuiduæq; Trinitatis inſcriptione, qua minimè tibi abutendum fuit, in illo, quod aggreſſus es, facinore. SS. illius indiuiduæque Trinitatis titulus ijs tantum rebus eſt prĕfigendus, quas ipſa operatur; nõ itẽ illis, quas tu geris, Palatine, ſecũdũ voluntatis tuæ conſilium; quæ eſt à Deo conditore auerſio, & ad condita inferiora conuerſio, in illa Bohemiæ occupatione. Quapropter non in nomine SS. & indiuiduæ Trinitatis, ſed proprij motus tui, in quo Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu cõſilij ſui; non ad propagationem glorię diuinæ, ſed ad exterminationem fidei Catholicæ & Auguſtanæ, & irritandam iuſtitię diuinæ indignationẽ, non ad oppreſſorũ cõſolationẽ, ſed fouẽ-

Lib. 2. de peccat mer. & remiſ.
Lib. de ſpiritu & li.
Cap. 15.

dam inpijſſimorũ rebelliũ peruicaciã; non ad libertatis,& Pacis publicæ defenſionẽ; ſed ad Iuris diuini & humani proculcationẽ approbaſti electionẽ illã nefariã;& Pragã,Deo conniuente,iuiſti cũ tua coniuge;quę hoc ipſo,ni fallor efficaciorẽ Dei vocationẽ ad hoc *tam piũ ac ſanctũ veſtrũ propoſitũ* ſẽſit præ ſuo marito;quod ipſa eſt Regis filia;& maritus ſaltẽ Electoris filius. Et,ſi verũ eſt, quod fertur vulgo, nõ parũ Iuno illa Caledonia, Iouẽ ſuũ Palatinũ, ad coronã Bohemiæ occupandã exſtimulauit hoc celeuſmate;Quod, ſi iſto animo ſuo auſus fuerit aliquãdo Regis Filiã in vxorẽ ducere,quid cũctaretur eadẽ ſe potius Reginã habere,quãElectricem? *Mulierem fortem quis inueniet? procul & de vltimis finibus preçiũ eius,confidit in ea cor viri ſui.* Prou. 31.
Quicquid ſit; iacta eſt alea. & ſenſit Palatinus ad hoc pium ac ſanctum, vti ait,ſuum propoſitum,vocationem Dei efficaciſſimã, & vt Prædicãtium ſuorum voce vtar,irreſiſtibilẽ: quicquid obclamet S. Paulus; *Quis cognouit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit?* quicquid Rom. 11.
obluctetur Rex Propheta;*Iudicia tua abyſſus multa.* Pſal. 35.
Sed quod ait Palatin' *collatũ ſe in Regni thronum communi conſenſu,& voluntate vnitorum Ordinum, totiuſq; populi applauſu vnanimi,* dabit veniam,ſi hîc ſalua Maieſtate ſua Regia dixero, excipiendum ſaltem Catholicorũ ordinẽ, qui, per Dei gratiã,nõ omnino nullus eſt,& ſcimus, quod in hac tribu nõ vnus fuerit Mardocheus, qui nõ adorarit.Nec verò exigu' fuit,aut ſpernẽdus Lutheranorũ numerus, qui alia ſperauerint omnia, quãPalatinũ Regẽ fore.ſaltẽ cõſtat eorũ applauſu vel acclamationibus nullas aues

ex aere deiectas eſſe. Quod ad votum illud Palatini attinet, quo precatur, vt Ieſus Chriſtus ſubditis dominetur; neſcimus quot modis Chriſtum hac ſua obteſtatione velit diſpeſcitum,& in quot membra,toto cœlo inter ſe diſſidentia,deiunctum. Si enim Chriſtus dominabitur in Caluinianis, quomodo dominabitur in Huſſitis ac Lutheranis, qui ſibi inuicē ſunt hæretici? Si dominabitur in Lutheranis, quid erit Caluiniſtis,inimicis capitalibus?quæ pax, quod Regnum Chriſti, inter illos erit, qui tā infeſtis ſtilis in ſe mutuo deſæuiunt? Si vera ſcribūt Lutherani de Caluiniſtis;ædepol certò ſcio, Vulcanus, Sol, Luna, & dies, Dei quatuor, ſceleſtiores nullos his illuxit alteros. Si Caluiniſtæ Lutheranos veris depingunt coleribus; non habent plus ſapientiȩ, quam lapis, ſuntque quantum hominum terra ſuſtinet, ſacerrimi.

Scilicet hic ſuperis labor eſt, ea cura quietos
Sollicitat;

Vt fratrum Cadmæorum pugnis illis inteſtinis ſe medios ſemper velint interponere, Niſi Dij ſint Homerici, qui hinc Græcis Caluiniſtis, inde Troianis Lutheranis militaturi ſunt, non video quid illi Regno futurum ſit.

Fides Bohemo-Palatina.

Q*Vod ſupereſt, teſtamur coram Deo ac Mundo vniuerſo, Nos firmum & fixum propoſitum hoc tenere, neminem Religionis cauſa (ne illis quidem*

dem exceptis, qui Romanos ritus ſequuntur, dum Regni Prouinciarumque Statutis, ac inprimis Religionis cauſa conceſſis literis Maieſtatis, conuenienter vitam degant) moleſtandi, opprimendi, aut in conſueto ac conceſſo Religionis ipſorum exercitio impediendi. Quo nomine etiam, modo memorati Catholici Romani, tam in Regno hoc, quam annexis Prouincijs eius degentes, magno numero in defenſionem Communem, Iuramento corporali, ac manus ſubſcriptione conſenſerunt; noſtramque Electionem ac Coronationem inſequentem ei ratam habuerunt, & ad debitam obedientiam ſeſe Nobis obſtrinxerunt.

Elenchus.

Fallit te incautum pietas tua;

PRinceps Palatine; fallunt impuri illi pecuniæ tuæ accipitres, quorum impurities ſexcentis verſibus nemo traloqui poteſt. Scribũt, in maximo illo opere admirabilem Dei prouidentiam, & forte brachium Altiſſimi deprehendi. voluntatem & vocationem eſſe diuinam, cui Princeps Palatinus refragari non debuerit. pium & ſanctum eſſe Principis propoſitum &c. & nihilominus addunt, quod ne illos quidem, qui Romanos ritus ſequuntur, velit in conſueto Religionis exercitio impedire. Quid enim eſt ſermonibus morologis vti, ſi non hoc eſt? Mirum eſt lolio ſic victitare Prædicantes, vt non videant, hanc diuinam quam ingerunt nobis vocationem, non poſſe cum illa Religionis Papiſticæ tolerantia conſi-

conſiſtere. Moyſes hominum mitiſſimus, cum vidit vitulum aureum, quem ſibi fecerat populus, *proiecit de manu tabulas lapideas digito Dei ſcriptas, & fregit eas ad radicem montis. arripiensq́; vitulum quem fecerant, combuſſit & contriuit vſq; ad puluerem, quem ſparſit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Iſrael.* Et capitalem idololatriæ pœnã legimus *Exod. 22. Deuteron. 17.* At illi, qui Romanos ritus ſequuntur, ſeu Papiſtæ, ſunt Caluiniſtis idololatrę, imò verò Põtifex Romanus illis eſt, Ioannis in Apocalypſi, & Pauli ad Theſſalonicenſes Antichriſtus. Qua ratione ergo Princeps Caluiniſta poteſt, non illæsâ conſcientiâ, tolerare idololatras, & Antichriſti cultores in Regno reformato? *Nõ poteſt hac res ellebori iugere obtinerier,* vt ait ille. Sed non ſunt Catholici tam fungi, bardi, blenni, buccones, vt credant Prædicantiſmis illis correctioribus, & huic æuo accommodatioribus. nec tam elephãti corio circumtecti ſunt, vt verba magis Catechiſtarum Heidelbergenſium attendant, quàm facta introſpiciant. vident Lutheranos nõ tantum è Palatinatu, ſed Haſſia etiam, alijsq́; Prouincijs eiectos. Et claſſicum, quod Pareus inflauit ad Mauritium Haſſiæ Landgrauium, auribus inſonat; *Macte Heros diuine, age opus domini, quod agis, fidenter. Maledictus nimirum eſt, qui facit opus Domini negligenter, & prohibet gladiũ ſuũ à ſanguine. Ierẽ. 48.* Quòd ſi, Lutheranos ſuis finib' exterminare eſt opus domini; & maledictus qui opus illud domini facit negligenter, ſtrenuè debet Princeps Palatinus Lutheranos multòq; magis Catholicos eijcere, ne ſit maledictus. Quid de iſtiuſmodi pacis Caluinianæ ſponſi-

Exodi 32.

Præfat. in Oſeam.

ſponſione habendum ſit, vel ab ipſis Lutheranis Catholici petunt nullo negocio; & ex Lutheranorum minimè poſtremo viro D. Hoe; qui Caluiniſticæ pacis illecebram nihil aliud hactenus eſſe affirmat, quàm Iudæ oſculum, & Ioabi ſalue. Quapropter miſeri illi Catholici Romani, qui in illius Antiregis obedientiã iurarunt; & iã ante oculos viderunt, quid Archimyſtagogus eius D. Scultetus iam Pragæ in S. Viti æde primaria, in ritum Carolſtadianum cœperit, in illo noui Regni recens initi tyrocinio. *pag. 38. ſcripti quod ſupracitatũ.*

Fides Bohemo-Palatina.

PRæterea firmiter apud Nos conſtituimus, pro viribus noſtris eò vnicè & extremè laborare; vt non ſolum in noſtro hoc Bohemiæ Regno, annexiſq; Prouincijs, ſublatis per Gratiam diuinam & ſequeſtratis, quoad eius fieri poterit citiſſimè, omnibus belli incommodis, pax optata refloreat; ſed & in reliquo Imperio priſca illa, & verè Germana Concordia (modo eadem alijs quoq; mens) creſcat & reuireſcat.

Elenchus.

Non tali auxilio, nec defenſoribus iſtis Tempus eget.

IAm ante dixi; nõ in cuius poteſtate belli eſt initiũ, etiã finẽ eſſe. Bella quidẽ legitima ob eam cauſam geruntur, vt in pace viuamus, vt eſt apud Philoſophum. ac nemo bellum, quia bellum eſt, gerere inſtituit, hoc eſt, vt pugnæ ac ſtrages edantur mortalium. ſed vt ſe ſuaq; vel tueatur legitimè; vel ſibi ablata repetat. Quòd ſi Imperator lubens volens, illud iuris, *lib 10. Ethic. cap. 7.*

quod ſibi eſt in Regno Bohemiæ, Prouincijsq; ei inſitis, Palitino, ac Coniugi ſuæ dilectiſſimæ vltro ceſſurus eſt, credo quod Palatinus non magnoperè deſiderabit aleam belli tentare. ſin ſecus? & coronam nolit deponere, quam alteri eripuit, tentandum erit qualecunq; tyrocinium: & ſi vis hoſtilis ingruat vehementior, cui ſuſtinendæ impar erit, quod Antigonus olim hoſti cedens, dicat non ſe fugere, ſed vtilitatem retro ſitam perſequi

Fides Bohemo - Palatina.

Deniq; cum omnibus Chriſtianis Regibus, Electoribus, Principibus, Ordinibus, inprimis verò vicinis noſtris, ſinceram minimeq; fucatam amicitiã, quantum in nobis eſt, colere & fouere firmiter cogitamus; eadem que de illis viciſſim nobis promittimus; prorſusq; confidimus, eos contra Pacis communis turbatores, omnesq; qui Nos noſtrumq; Regnum & Prouincias hoſtiliter perſequi tentabunt, re conſilioq; Nobis non defuturos. Quo nomine eos publico hoc ſcripto, amicè, propensè & gratiosè compellatos; ijsdemq; vniuerſis & ſingulis, vbicunq; res & occaſio exigere videbitur, paratiſſima officia noſtra & ſtudia viciſſim nunquam non delata volumus. Quæ Nos pro temporum difficilium ratione melioris Inſtructionis & notitiæ ergò, conſultum neceſſariumq; cenſuimus, publico hoc ſcripto omnibus ſignificare. Dabamus in Arce Noſtra Regia Praga, &c. 28. Octobr.

7. Nouemb.

Anno 1619.

E'ga-

Elenchus.

DIgnum habemus exordio, & narratione epilogum. vt mulieres ideo benè olim dicuntur olere, quia nihil olent: ita hoc ipſo apparet ornatior huius clauſulæ oratio, quod ceruſſæ, & id genus fuci alijin illa neglecti. ac ſimpliciter itū eſt ad omniū Regum, Principū &c. opem & conſiliū. Sed vt magnes ferrum duntaxat, non alia ad ſe, etſi leuiora pertrahit: ſic oratio illa Palatina, non alios mouet, niſi illos, qui iam diu inclinant ac propendent in hoc, quod perſuadere conatur. ad illos eundū eſt Monarchiarum euerſores, qui democratiam affectant; & nec Cæſari reddunt, quæ ſunt Cæſaris, nec Deo, quæ Dei ſunt. cęteroquin non dum adeo deſperata ſunt hæc tempora, vt facilè, quales quales ſint, repertum iri credamus Principes, in hoc Imperio, qui rebellionē Bohemorum tam fœdam, vllo modo, comprobaturi ſint. Quis enim in hoc Imperio Germanico tam iniquus rerum arbitrator ſit Princeps, qui, vbi Imperator, iuſto bello, res ſuas repetitum venerit, dixerit Imperatorem eſſe Pacis communis perturbatorem? cum non is, qui legitima defenſione, quæ iuris eſt naturalis, & gētium, vtitur, Pacis publicæ violator dici poſſit; ſed ille, qui ſtatū Imperij perturbat hoc ipſo, quod Cęſareę Maieſtatis perduellib. patrocinatur, quib. cū ęterna debet eſſe authoritas. Boni enim Principis eſt, quātū poteſt, hoc agere, ne vnuſquiſq; hoc agat in Rep. quod rectū ſibi videtur, id eſt, ne corpꝰ ſit abſq; capite; vel caput

put ſine membris bene iunctis. ac quotquot erunt, qui à ſubditis ſuis, illud propediem exſpectare non cupient, quod Matthias Imperator, inclytæ memoriæ, expertus eſt, quod Ferdinandus etiamnum experitur, ſcient quid ſui, erga Imperatorem, erit officij.

Cum hic manum vellē de tabula; & alias maioribus copijs aggredi, ſcriptum alterum, quod cum illa Friderici Comitis Palatini *declaratione publica*, (quam ſic ſatis, vt videtur, eneruatā exoſſatamque à me dimitto,) exijt ad huius noſtri æui craſſam infamiam, (hoc titulo, *Breuis cauſarum connectio, quibus moti Status Regni Bohemiæ & Incorporatarum Prouinciarum, non admiſſo Ferdinando &c. ad Noui Regis Electionem proceſſerunt.*) hortatu amicorum quorundam, vt ſtricturas, ac notulas ſaltem nonnullas, ad *coniectionem* illam, in papyrū conijcerem, ceu prodromū grauioris ſcripti; calamum reſumo, & curſim ſaltuatimque nō nihil ex tribus cauſis, quas Bohemi ediderunt, enoto & annoto, quod mantiſſæ cuiuſdam inſtar ſit.

Ferdinandi non admiſſi, vt loquuntur Bohemi

Prima cauſa.

QVod nunquam legitimè, ex more & conſuetudine priſca, atque præſcripto Priuilegiorum, in Regem Bohemiæ ſit electus: quin nec ipſe eligi, ſed ſuſcipi tantum, & coronari voluit. &c.

Elen-

Elenchus.

NOn poteſt vllam auctoritatem habere ſententia, vbi qui damnandus eſt, damnat. Inflant non iam minutis tibijs, ſed agreſtibus plane follibus ſpirant Bohemi ſuos Huſſitiſmos ac mendaciorum centurias. Conantur Bohemi primam cauſam probare, ex eo, quod ſtatibus Regni ius, & poteſtas ſit eligendi Regem qualemcunque, extra familiam Auſtriacã. Quam ſolidè illud probent, ampliori ſcripto diſquirendum eſt. Interea hoc obiter repono; Quod Sigiſmundus Imperator, Hungariæ ac Bohemiæ Rex (cum intellexiſſet vxorem ſuam Barbaram, ipſo Cæſare marito ſuperſtite, Regnis Hungariæ ac Bohemiæ, quæ in dote ſua numerabat, non ſucceſſorem modo, ſed etiam maritum iuuenem petulanter ambire, in fraudem ſuæ filiæ Elizabethæ, quæ Alberto Auſtriaco nupſerat;) Hungaros, Bohemos, Morauos Znoymæ, quod oppidum eſt Morauiæ, conuocarit; Albertum Generum ſuum ijs commendarit; quem præterire planè nefas eſſet; nempe quod vtriuſque Regni hæredem, nempe filiam ſuam Elizabetham in vxorem habeat. *Eodem enim modo ſe ante quinquaginta annos, Regnũ Hungariæ, ducta Maria hærede aſſecutum fuiſſe. Sic item Ioannem auum ſuum, in regno Boiemiæ ſucceſſiſſe iure vxoris ſuæ; cui, vt tum filiæ nomen fuerit Elizabeth: ſic etiã in præſens ſperare, quod non ad alium, quam oporteat, honorem hæreditatis ſint trãſlaturi;* &c. Addo, quod cum Albertus nollet ex præſcripto Bohemorũ Huſſitarũ, qui volebãt, vt nõ tãtũ cõmunionẽ ſub vtraq; ſpecie approbaret, ſed etiã aduerſus alios protegeret, regnare, &c.

Dubr. lib. 27. hiſt. Boiem. & Franc. de Roſieres tom. 4.

put ſine membris bene iunctis. ac quotquot erunt, qui à ſubditis ſuis, illud propediem exſpectare non cupient, quod Matthias Imperator, inclytæ memoriæ, expertus eſt, quod Ferdinandus etiamnum experitur, ſcient quid ſui, erga Imperatorem, erit officij.

Cum hic manum vellē de tabula; & alias maioribus copijs aggredi, ſcriptum alterum, quod cum illa Friderici Comitis Palatini *declaratione publica*, (quam ſic ſatis, vt videtur, eneruatā exoſſatamque à me dimitto,) exijt ad huius noſtri æui craſſam infamiam, (hoc titulo, *Breuis cauſarum coniectio, quibus moti Status Regni Bohemiæ & Incorporatarum Prouinciarum, non admiſſo Ferdinando &c. ad Noui Regis Electionem proceſſerunt.*) hortatu amicorum quorundam, vt ſtricturas, ac notulas ſaltem nonnullas, ad *coniectionem* illam, in papyrū conijcerem, ceu prodromū grauioris ſcripti; calamum reſumo, & curſim ſaltuatimque nō nihil ex tribus cauſis, quas Bohemi ediderunt, enoto & annoto, quod mantiſſæ cuiuſdam inſtar ſit.

Ferdinandi non admiſſi, vt loquuntur Bohemi

Prima cauſa.

QVod nunquam legitimè, ex more & conſuetudine priſca, atque præſcripto Priuilegiorum, in Regem Bohemiæ ſit electus: quin nec ipſe eligi, ſed ſuſcipi tantum, & coronari voluit. &c.

Elen-

Elenchus.

NOn poteſt vllam auctoritatem habere ſententia, vbi qui damnandus eſt, damnat. Inflant non iam minutis tibijs, ſed agreſtibus plane follibus ſpirant Bohemi ſuos Huſſitiſmos ac mendaciorum centurias. Conantur Bohemi primam cauſam probare, ex eo, quod ſtatibus Regni ius, & poteſtas ſit eligendi Regem qualemcunque, extra familiam Auſtriacã. Quam ſolidè illud probent, ampliori ſcripto diſquirendum eſt. Interea hoc obiter repono; Quod Sigiſmundus Imperator, Hungariæ ac Bohemiæ Rex (cum intellexiſſet vxorem ſuam Barbaram, ipſo Cæſare marito ſuperſtite, Regnis Hungariæ ac Bohemiæ, quæ in dote ſua numerabat, non ſucceſſorem modo, ſed etiam maritum iuuenem petulanter ambire, in fraudem ſuæ filiæ Elizabethæ, quæ Alberto Auſtriaco nupſerat;) Hungaros, Bohemos, Morauos Znoymæ, quod oppidum eſt Morauiæ, conuocarit; Albertum Generum ſuum ijs commendarit; quem præterire planè nefas eſſet; nempe quod vtriuſque Regni hæredem, nempe filiam ſuam Elizabetham in vxorem habeat. *Eodem enim modo ſe ante quinquaginta annos, Regnũ Hungariæ, ducta Maria hærede aſſecutum fuiſſe. Sic item Ioannem auum ſuum, in regno Boiemiæ ſucceſſiſſe iure vxoris ſuæ; cui, vt tum filiæ nomen fuerit Elizabeth: ſic etiã in præſens ſperare, quod non ad alium, quam oporteat, honorem hæreditatis ſint trãſlaturi*; &c. Addo, quod cum Albertus nollet ex præſcripto Bohemorũ Huſſitarũ, qui volebãt, vt nõ tãtũ cõmunionẽ ſub vtraq; ſpecie approbaret, ſed etiã aduerſus alios protegeret, regnare, &

Dubr. lib. 27. hiſt. Boiem. & Franc. de Roſieres tom. 4.

ro, & miſſi eſſent Legati ad Cæſarem Fridericũ, vt tutor Ladislai (erat hic filius Alberti) nõmine Regnum adminiſtraret, Ptaſco vnus Legatorum, hac ratione Cæſarem, ad capienda Regni gubernacula, hortatus ſit, *quòd ſemet Regem poſſet conſtituere, vt Princeps Auſtriæ ſenior; id quod ei antiquo fœdere inter Boiemos & Auſtriacam domum, de ſucceſſione Regni icto liceret.* Ladislao exſtincto, cum Fridericus 3. Imperator Regnũ Bohemiæ Alberto, aut Sigiſmundo Auſtriæ Ducibus, ex antiquo fędere, vti dictum eſt vellet aſſerere; per ſeditioſam acclamationem, præeũte quodam Huſſita Rokiczana, Georgius Podiebradius illud occupauit. quò mortuo, deuolutum fuit Regnum, ad Vladislaum filium Caſimiri Regis Poloniæ, cui ſoror Ladislai defuncti nupta fuit. Ac Ludouicum, Vladislai filium conſtat biennẽ puellum, in Regem Hũgariæ, & biẽnio poſt in Regẽ Bohemiæ coronatũ, viuo Parente. Ludouico defuncto, ſucceſſit Ferdinandus, qui ſororem illius Annam in matrimonium duxerat. Hæc curſim ex Dubrauio, quamuis hoſte nominis Germanici; cui nõ tantum atrocitate verborum, vt alibi oſtendam, ſæpe mouet odia, ſed ei non leuiter ſæpe præiudicat, adeò vt ne verbulo quidem in ſua hiſtoria meminerit, pactionis Iglauienſis, qua ſancitum eſt, inter Rudolphum primum, & Premislaum cognomento Ottocharũ, vt nullo legitimo hærede in Regno Bohemiæ relicto, ad Rudolphi poſteritatem regnum deferatur.

Io: Dub. l. 28.

Quod ad Reuerſales litteras attinet, quas Ferdinando reſtitutas feria 2. poſt Aſcenſionis Mariæ, Anno 1545. ad marginem apographi quod tabulis Regni inſertum fuit, tabellio ſeu

notarius adſcripſit; fruſtra conantur Bohemi fidem eius eludere, hoc ipſo quòd tenebrionẽ fuiſſe dicũt. Eſt enim præſumptio pro Notario & Cancellaria Regia, quodq; tenebriones ſeu veſpertiliones non fuerint arcaniſſimis Regni inſtrumentis adhibiti; ſed ſpectatæ iuratæq; fidei homines, de quib' proximè, ſi opus erit, diſceptandum pluribus. Argumentũ porrò Bohemorum, quo aiunt, ſi Regnum Bohemiæ, cum annexis Prouincijs eſſet hæreditarium, planè nõ opus fuiſſe, Status Regni à Ferdinando ſolicitari, vt Maximilianus eius primogenitus, ipſo parente viuo, poſſet vti Regio titulo, nec eadẽ interceſſione opus fuiſſe Maximiliano pro filio Rudolpho ſecundo, nulli' momẽti eſſe, vel inpuberes facilè dijudicant. Non enim tenebantur Status Regni, maiorem natu Regis filium, quamuis ſucceſſorem hęredemq́; certiſſimum, viuo parente Rege, Regno inaugurare: quandoquidem viuentis nulla eſt hæreditas, ſed defuncti tantum. quapropter ne quid, poſt exceſsũ Regis, turbari poſſet, Reges illi, de ſucceſſore certo, prouisũ Regno cupiuerunt, ſe iam tũ ſuperſtitibus in cautelam abundantiorem, ac rationem illam inuenerunt, quemadmodũ etiam ſalutis publicę curam, poſt mortẽ, in alio ſucceſſore viderẽtur geſſiſſe, & hoc proſpexiſſe, ne malus vel extraneus Rex eſſe poſſet. Aiunt, *in puncto Religionis eiuſq; libero exercitio, Comitÿs anni 1608. itẽq; poſt Regio diplomate An. 1609. abũde cautũ fuiſſe. Quin & inter Pontificios & Euãg. & hos viciſſim ſolos cõſeruãdi & propagãdi mutui amoris & cõcordiæ gratia, certa pacta inita, eadẽq; à Cæſarea Regiaq; Maieſt. cõfirmata: vt ſi quis, quiſquis tãdẽ is futurus eſſet, prædicto Diplomati, & pactis, vel in minimo*

contraire non vereretur, is tanquam turbator pacis plecteretur. Non hoc factum negant Catholici, quamuis dolent meritò, ob fructus illos acerbiſſimos, quos inde vident enatos. Sed quis Diploma illud, quis tranſactiones iſtas violauit? Non fecit Matthias Imperator, quod ſupra liquido fuit probatum. Non Ferdinandus potuit feciſſe; quia non regnauit, ſed excluſus eſt, vt habet ipſa ſcripti, quod diximus, Bohemici inſcriptio. Ipſi Bohemi violarũt litteras Maieſtatis, & trãſactiones hoc ipſo, quod Societatis Ieſu ſacerdotes, cauſa inaudita, bonis omnib. exutos, Regno eiecerunt; quod ne fieret, expreſſe, cum ipſo Diplomate Maieſtatico, tum dictis tranſactionibus cautum fuit, prout iam in ſuperioribus oſtenſum, & ipſorum Lutheranorum teſtimonio comprobatum eſt. vnde ſequitur Bohemos, tanquam pacis turbatores, ſecundum ipſa verba, quæ citarunt, plectendos eſſe.

Aiunt *malignos quoſdam, & inquietos homines à Cacodæmone tam efficaciter adactos, vt iuxta Cæſaream Maieſtatem, & alios pacis amantiores Catholicos, dictũ diploma & pacta inita, aliaq́ȝ ijs annexa, noluerint ſubſcribere*. Cum hac peſte ac contage hominum me confero, qui viros antiqua virtute ac religione ſummos, tã fœdis & ab omni humanitate ſequeſtrandis conuitijs inceſſunt. Non Cacodæmon, ſed bonus Genius, vera religio, recta conſcientia vetuerunt ſubſcribere. Eo enim animo & fuerunt, & ſunt etiamnum, vt pro fide Catholicâ retinendâ, fortunas qualeſcunq́; ac capita, quibuſcumq; periculis exponenda exiſtiment.

Narrat

Digitized by Google

Narrat Dubrauius Olomuzenſis epiſcopus, Germanum quendam Theologum ratiocinari viſum, qui Iacobello Huſſitæ cuipiam vſum calicis ex cap. Ioan 6. aſſerenti, exprobrarit; *Non tu*, inquiens, *calicem ſalutis, ſed cyathum furoris & poculum ruinæ Bohemis ſuppeditaſti; vt illo hauſto furiant, vomant, inſaniant, & mutuis prælijs in ſe graſſentur.* &c. Quod furioſis eſt gladius; hoc Bohemis, ſic inſanientibus, fuit Diploma illud Maieſtaticum; quo per ſummum ſcelus tam fœdè abuſi ſunt, vt hoc ipſo, quicquid iſta perduellione admiſerunt flagitiorum, purgare nihil penſi habeant. Sed cum nec Diploma illud Maieſtaticum, nec Tranſactiones aliæ violatæ ſint; quid tantopere paratragædiant ſuper illa negata ſubſcriptione? in cauſa eſt, quod inſtrumenta illa, non ſunt valida aut rata, niſi Cancellarius Regni, qui eſt Zdenco Adelbertus Poppel à Lobkovvicz, ſubſcribat. quod ille, vt faceret nunquã hactenus induci potuit, pro illa fidei virtutumq; auitarum integritate ſua, quæ in faſtos & annales ibit, cum æterna Huſſitarum infamia.

Lib. 22. hiſtor. Bojem.

Quod addunt perfidi Huſſitæ, Ferdinandum Statibus, *partim grauibus minis, partim pollicitationibus, & donis, quæ inter Catholicorum proceres diſtributa fuerint, obtrusũ fuiſſe*, pernegatur in ſolidum. Quod autem Ferdinandus idem *Pragam vocatus; à Cæſare Matthia in Filium adoptatus, & in futurum Regẽ ſuſceptus, proclamatus & coronatus fuerit*, pro confeſſo, & maxime probationis inſtar accipimus. Nec quæſtionem vllam porrò mouere neceſſe ſit, de libera Bohemorum electione, quod ad perſonam Imperatoris Ferdi-

nãdi. Sufficit enim eũ à Statib. in futurũ Regem ſuſceptũ, proclamatũ, & coronatũ fuiſſe, ac Bohemorũ eſt probare nõ legitimè illud factũ. Nec ſatis eſt dicere, quòd minis, pollicitationib. donis fuerit intruſus; ſed requiritur, vt dicãt, qui pollicitationib. qui donis corrupti; qui minis terrefacti ſint. largitiones, inquã, edant neceſſe eſt, quę fuerint, & quãtopere ambiẽdo Regno cõtrariæ. minas ac met⁹ oportet exprimere: an tales, vt cadãt in viros cõſtãtes, quales sũt Huſſitæ. Negãt enim hæc omnia Cathol. Et qui ſit veriſimile, vt Stat⁹ Regni nullas auſi fuerint edere querelas ſiue proteſtationes ſuper ambitu tã informi, ac corruptelis tam apertis? cũ Reuerſales tamẽ auſi ſint poſtulare ſibi à Rege Ferdinando, quibus profitetur accipere Se, *iſtam ſui ſuſceptionem & coronationem*, à Statibus, animo gratiſſimo, & Regia Clementia compenſaturum. tum etiam, quòd viuo Cæſare Matthia, faſcibus Regni, ſine Maieſt. Cæſareæ, Statuumq; cõſenſu ſe immiſcere nollet: Itẽ, quòd ſi, viuo Cæſare, faſces Regni ſibi vendicet, Status illi nullo obſequio eſſent obſtricti. Quod ſi iſte animus, inquam, fuit Statibus, vt tam ſtrictas Reuerſales auderẽt poſtulare, ac Ferdinãdo præſcribere, quidni animus ijsdẽ fuerit, contra ambitũ & id genus corruptelas & nũdinationes alias illicitas, modo legitimo excipere? Aiunt *vniuerſo orbi Chriſtiano cõſtare, q Ferdinand⁹ ſtatim atq; Prouincias ſuas Auſtriacas poſſidere cœpit, Euãgelicos Chriſtianos vehementiſſimè perſecutus ſit, eosq; ſine diſcrimine, è Prouincijs ſuis exterminauerit; imò & in mortua corpora crudelius, quàm hominem decuit, ſæuierit, eademq; effodi fecerit.* Vt Veioues ſolent, antiquo verbo, auſpicari à toni-

tru,ac poſt tãquã vtres exploſi deſinere in crepitu: ſic Bohemi turbones illi, à tumultibus cęperunt, & in mendaciorũ ac calumniarũ fumo ac fætore finiunt. portentoſũ genus illud hominum eò deferri oportuit, quò monſtra, quæ piacularibus ſacris olim luſtrabantur, deportari ſolent. Sed Regiũ eſt beneſacere & malè audire. Mendaciũ eſt, quod Ferdinandus Euangelicos Chriſtianos perſecutus ſit. mendacium eſt, quod vehementiſſimè illos perſecutus fuerit. mendaciũ eſt, quod ſine diſcrimine illos ex prouincijs ſuis exterminauerit. mendaciũ eſt, quòd in cadauera ſæuierit. mẽdaciũ eſt, ꝙ crudelius, quã hominẽ decuit, ſæuierit In ſeditioſos ac turbulẽtos quoſdã hęreticos legitimè animaduertit. nõ nullos iuſtiſſimis de cauſis proſcripſit. vniuerſo orbi Chriſtiano cõſtat, quòd nihil iniuria factũ ſit, à Principe illo qui nõ potuit, niſi benignitate ſeu indulgentia quadã nimia peccare. An nõ & illi Politici, qui ab Eccleſia Catholica ſunt extorres, fatẽtur; quòd inter leges, quarũ executio demandata eſt Magiſtratui, illæ habeãtur præcipue, quæ cõtẽptores veræ Religionis morti adiudicant? Statuunt finẽ Politiarũ bene inſtitutarũ, nõ ſimpliciter huius vitæ tranquillitatẽ, ſed Dei gloriã. vnde hoc cõſequitur, quòd illi, qui præſunt populis, omnia ſtudia facultateſq; in id intendere debeant, vt legitimus Dei cultus, vtpote à quo pendet Dei gloria, inter illos, quos habẽt in poteſtate, cõſeruetur. Certè Bodinus ipſe, qui alias multos cuniculos fodit, ad ſubruẽdam Hierarchiam Catholicã, vbi ſapientẽ agit Politicũ, nõ cõtẽnendis rationib' nititur efficere, Religionem

vide Steph. Iun. Brutum Celtam, de iure Mag. in ſubditos.

nem non tantum Magiſtratui Ethnico curæ ſemper maximæ fuiſſe; nec de receptis dogmatibus tolerandam eſſe diſceptationẽ, quam de primis ſcientiarũ theorematũq; ſuorũ principijs ne Philoſophi quidem ferant; ſed etiam Chriſtiano Magiſtratui incumbere, vt lex diuina obſeruetur curatiſſimè, qua ſortilegi, magi, venefici iubentur morte puniri. Imò verò hanc Carolo IX. Galliarum Regi mortis cauſam fuiſſe tradit, quod Treſcalem magum quendam, non affecerit capitali ſupplicio: *diuina, inquit, iuſtitia exigente, vt moriantur Reges, qui noxios eiuſmodi permittunt viuere.* Quod cum ita ſit, cur eadem lege diuina pſeudoprophetæ & alij, qui Supremi Sacerdotis Imperio, ac ſummo Magiſtratui nolunt obedire, non puniantur? Porrò, qui inter ſaniores politicos recenſeri cupiunt, vt armis quidem ac vi ſtatuunt non eſſe introducendam religionem, eo loci, vbi non eſt; ſic non negant, in ijs locis, quibus ſtabilita eſt, armis conſeruandam, ac defendendã, aduerſus qualeſcunque illius temeratores. Ac deteſtanda illorum eſt opinio, qui media illa politica, qualia ſunt Iudicia ciuilia, & arma legitima, cum armis ſpiritualibus pugnare veluti ex diametro autumant. Eſt enim optimi cuiuſque Magiſtratus hoc officium, vt auctoritatem ſibi diuinitus conceſſam, in hoc intendant, quo Deus rite colatur, & religio vera ſuum locum ſibi vindicet. vnde ius ac fas eidem eſt, omnem legum auctoritatem aduerſus Religionis veræ perturbatores, qui cenſuras eccleſiaſticas ſpernunt, explicare, & armata manu in illos animaduertere, quorũ impietas aliter nequit cohiberi.

Initio lib. de Dæmonoman.

Lib. 3. Dæmon.

beri. Quid multis opus eſt? Quid cauſæ dixerint turbones illi Huſſitæ, cur nō licuerit Ferdinando ex Prouincijs ſuis hæreditarijs eliminare turbatores pacis publicæ hæreticos, cum Lādgrauius Haſſiæ & Palatinus, è ſuis ditionibus eiecerint non tantum Catholicos, ſed etiam Lutheranos?

Ferdinandi non admiſſi cauſam alteram Bohemi dicunt.

Quod ſuſceptio illa & coronatio Anno M.DC.XVII. viuo adhuc Matthia Cæſare peracta, artibus ſit quæſita & dolis; vocatis in ſubſidium perfidis quibusdam Patriæ & Regni huius proditoribus, donis & pollicitationibus corruptis; alijs grauibus nimis eò adactis. Nihilo tamē ſecius, neque id ſine conditionibus factū; quas niſi ipſe impleret, ſtatus ei nullo obſequio obſtricti eſſent.

Elenchus.

CAuſam iſtam, vt & ſuperiorem obiter eliſimus; ac planè, ſi opus erit, proximis nūdinis debellatam dabimus. Notas interea cauſſæ ſecūdæ appoſitas leui calamo perſtringimus. aiunt litteris patentibus, quibus indicta fuerūt comitia, *prohibitum ſtatibus fuiſſe; vt poſt ſuum, ad Comitia, conuentum, planè nihil aliud, quam vnicū illud de futuro ſucceſſore tractarent. quod partim fuerit contra laudabilem conſuetudinem, partim cōtra legem Anno M. DC. X. ſancitam, qua cautum; vt quibuſuis, in poſterum Comitijs ſtatibus liberum ſit, ſtatim à deliberatione propoſitionis Regiæ, ad publica grauamina & articulos progredi, qui antequam ſoluantur Comitia, in deliberationem vocari, concludi & penitus releuari debeant.* Quod

ad conſuetudinẽ laudabilem illam attinet, fatemur nos ignorare, quæ conſuetudo Bohemis ſit laudabilis; cum & ſcelus illud, quo ante biẽnium Illuſtres viros illos, quos ſupra nominauimus, de feneſtris Curiæ Regiæ, in altiſſimam foſſam præcipitarunt, ſecundum laudabilem ipſorum conſuetudinem perpetratũ fuiſſe gloriati ſint. Exſtincto VVenceslao, in quo virilis ſtirps Principum, Regumque Bohemorum deſijt, qui genus ſuum à Premislao, primo Bohemorum Duce deriuabant, cum Bohemi de nouo Rege agerent, & Tobias Bechinus, diſſidentibus Statibus, quando non alium Regem quam Boiemum creare vellent, deficiente tum Regia ſtirpe, ad pagum Stadium vnde Premiſlaus ex ruſtico primus in Bohemia Princeps factus eſſet, reuertendum, ac Regem fortaſſis indidem adſciſcendum diceret; tum feriò rogatus ſententiam, Rudolphum Cæſaris Alberti filium nominaret, à Cruſſina Lichtenbergo, in comitijs, gladio transfoſſus eſt. An iſtiuſmodi conſuetudinem volunt repetẽdam? Multa hic comitia recenſere poſſem, ni feſtinãdum eſſet, in quibus nihil aliud actum, quam de ſucceſſione noui Regis, quoties aliquis fato conceſſit. Quod ad ſanctionem illam Anno 1610. latam attinet, nihil illa facit aduerſus Comitia, quæ à Matthia Imperatore, peculiarem in modũ, fuerunt indicta, ſuper futuro Succeſſore indixerunt illi Comitia, quibus ius ac poteſtas fuit indicendi; & ne ſtatus Regni putarẽt Comitia illa fore habẽda ſuper alijs Regni negotijs, expreſsũ fuit Diplomate, quod ipſi fatẽtur Bohemi, nihil aliud tractãdũ in ijs eſſe, quã de ſucceſſore.

Dubrau lib. 18.

ſore. Quod ſi Comitia illa non fuerunt indicta legitimè, cur non aduerſus illa exceperũt, proteſtati ſunt? cur tam frequentes ſtatus Pragam venerunt? Vidi ego, viderunt alij mecum, tanto numero præſentes Regni ſtatus, vt ægrè locum in hoſpitio obtinere potuerimus, quamuis ſat remoto ab arce Regia. At non defuiſſe aiunt, qui vota ſua eo dirigerẽt; *Illud pugnare cum Regni Priuilegijs*: Item *definiendum ante fuiſſe, an incorporatæ Prouinciæ ius haberent ſuffragij, in Regis electione?* Nihil ad rem iſtud, inquam. Vicit pars melior, quæ pro Rege Ferdinando ſtetit. & pro confeſſo accipimus, quod claris verbis ponunt; nempe quod *Euangelici pluralitate votorum ſuperati ſunt*. at quod aiunt, *ex Pontificijs omnes, quotquot per vicos & plateas; quotquot oſtiatim per cauponas colligi poterant, & complures alios, qui parum aut nihil, quod perderent, habuerunt, vocatos* & hoc modo victos Huſſitas, illud pernegamus, ac grande mendacium Huſſiticum dicimus.

Ferdinandi non admiſſi cauſam tertiam ponunt Bohemi;

Quod dictis conditionibus nõ ſteterit; ſed iuramẽtum ſtatibus præſtitũ, & Reuerſales Prouincijs à ſe datas, multifariam violauerit: quin imò; viuo adhuc Cæſare Matthia, non tantum faſcibus Regni ſeſe immiſcuerit; verum etiam, cum viuo, tum longè magis mortuo Cæſare, harũ Prouinciarũ apertũ hoſtẽ ſe declarauerit: idq; eo fine potiſſimum, vt Chriſtianam Euangelicam Religionem, in ijſdem Prouincijs eradicare, ſtatus Regni, & incorporatarum Prouinciarum, libera Regis electione, vt & alijs Priuilegijs exuere, & ſub iugum Hiſpanicum mittere poſſet.

Elenchus.

IN iſtiuſmodi palęſtra, Bohemica, expedit Huſſo-Caluinianis, pudorem non aliter atque ſudorem, vel ſordes noxias, manu plena, à fronte detergere. Si lineis ſingulis tantum ſingula poſuiſſent mendacia, fortaſſis verba inuenire potuiſſemus non infra humanam bilem. at quoniam octo lineis mendacia nobis reliquerunt enumeranda octodecim, infra indignationem neceſſe eſt conſiſtant obiurgationes. Primum eſt mendacium, quod Rex dictis conditionibus non ſteterit. Alterum eſt, quod iuramētum violauerit. Tertium eſt; quod iuramētum ſtatibus præſtitum violauerit. Quartum eſt, quod multifariam violauerit. Quintum eſt, quod Reuerſales violauerit. Sextum eſt, quod Reuerſales Statibus datas violauerit. Septimū eſt; quod Reuerſales illas multifariam violauerit. Octauum eſt; quod ſe, faſcibus Regni, viuo Cæſare Matthia immiſcuerit. Nonum eſt; quod ſe hoſtem Bohemiæ declarauerit. Decimum eſt; quod ſe hoſtem Prouinciarum ei inſitarum declarauerit. Vndecimum eſt, quod ſe viuo Cæſare hoſtem iſtarum Prouinciarum declarauerit. Duodecimum eſt, quod ſe mortuo Cæſare hoſtem earundem declarauerit. Tertium-decimum eſt; quod ſe hoſtem apertum earundem Prouinciarum declarauerit. Quartum decimum eſt; quod hoc fine illud fecerit, vt Chriſtianam Religionem eradicaret. Quintumdecimum eſt, quod hoc fine fecerit, vt Chriſtianam Euangelicam Religionem eradicaret. Sextumdecimum eſt, quod hoc fine fecerit, vt Chriſtianam Euangelicam religio-

religionem in ijſdem Prouincijs eradicaret. Septimumdecimum eſt; quod hoc fecerit, vt ſtatus Regni libera electione exueret. Octauumdecimum eſt; quod hoc fecerit, vt ſtatus incorporatarum Bohemiæ Prouinciarum libera electione exueret. Ignoſce, lector beneuole. præpropera feſtinatio turbauit calculos. reſumo & appono; Decimum nonum eſt, quod voluerit ſtatus Regni priuilegijs exuere. Viceſimum eſt; quod voluerit ſtatus Prouinciarum Regno Bohemiæ incorporatarum priuilegijs exuere. Viceſimum primum eſt; quod voluerit ſtatus Regni Bohemiæ ſub iugum mittere. Viceſimum ſecundum eſt; quod voluerit ſtatus Prouinciarum Bohemiæ inſitarũ ſub iugum mittere. Viceſimum tertium eſt, quod voluerit ſtatus Bohemiæ ſub iugum Hiſpanicum mittere. Viceſimum quartum eſt; quod voluerit ſtatus Prouinciarum Bohemiæ inſitarum ſub iugum Hiſpanicum mittere. fidem calculorum liberaui, ni fallor, & auctariũ dedi.

Fas odiſſe viros, atque omnia ferre ſub auras,
Si qua tegunt. *Virg. 1. Aeneid.*

FAs, inquam, Reipublicæ cauſa odiſſe illorum Sinonum offucias & falſimonias. Quid concludunt tandem? *Face iam, tu præco, nunc omnem auritum populum.* Ergo, inquiunt, *Ferdinandus ſemet omni iure, quod à morte Cæſaris habere potuiſſet, deſtituit, & Prouincias à memorato obſequio liberauit.* Ergo Bohemi, inquam, ex Huſſitico poculo inſaniunt. Audiamus enthymemata Huſſitica: Ferdinandus ſe omni iure Regni fraudauit; quia Catholici quidã, (quos vo-

 cant

cant patriæ proditores perfidos) cum Ieſuitis, ſtatus Euangelicos, & liberũ Religionis exercitiũ perſequi cęperunt. &c. Si Bohemos non puduit iſtorũ ſuorũ Bohemiſmorũ; Palatinos Prædicantes ſaltē nõnihil pudere debuit taliũ ratiocinationum. Primò negamus illud factũ, vti dicũt. Secundò ponamus factum: quid hoc ad Ferdinandum excludendum? quid Ferdināndo factum alienum impingitur? non mandauit Ferdinãdus, ſi quid factum eſt iſtiuſmodi; quia tum non regnauit, ſed Matthias Imperator. quo iure ergo culpa in Ferdinandum conijcitur? Aliud argumentum eſt Bohemorum; Catholici nonnulli, & cum ijs Ieſuitæ quidam, defenſoribus Boemicis aditum ad Cæſarem Matthiam præcluſerunt; Ergo Ferdinandus ſemet fraudauit iure Regni Boemici. Primo factũ negamus. Secundò, quid hoc ad Ferdinandum? vbi formula mandati eſt, quod Ferdinandus dedit? nõ fuit admiſſus ad Regni gubernacula Ferdinandus. Quid ergo luendum hic Ferdinãdo? Eiuſdem coloris ac valoris eſt, quod de Ieſuitis mouent, qui Archiduci Leopoldo ſcripſerint; Ferdinandũ nihil conceſſurũ ſectarijs, in ijs quæ ad Religionem pertinent. Vidit iam tum Ferdinandus inquam plus nimio Bohemis conceſſum à Rudolpho, & Matthia ſuis patruelibus, Imperatoribus. Quod tamen à prędeceſſoribus conceſſum eſt, illud ſe obſeruaturũ, data fide, promiſit. Aiũt perſuaſũ fuiſſe Imperatorẽ demortuũ, vt, nulla vrgẽte neceſſitate, exercitũ in Bohemiã immiſerit &c. Hęc mẽdacia tã fęda, tã barbara, pluribus iam diu ſũt debellata, ad quæ prouoco. Pergũt Bohemi, vt omnis oratio moribus cõſonet; aiũt, *Ferdinãdo nõ tãtũ placuiſſe v-*

ſtationē Bohemiæ; ſed ipsū etiam plurima, iſti Regno, mala acceleraſſe. Bohemiſmus eſt, inquā, id eſt barbarū mēdaciū. Nō lubet recēſere ſingula, vti ex lineis octo ,, excuſſi 24. ſi feciſſem ab initio; non paginas dediſſem, ſed plauſtra, ſed horrea mendaciorum, ac Bohemiſmorum meriſſimorum. Dicunt, *quod Ferdinandus Cardinalē Kleſeliū amouerit, quod ſciret illum forte, vt callidum, ad tantū bellū excitandū minus inclinare.* Decades Liuianas, de iſto Cardinale, neceſſe ſit cōtexere, qui vitam eius delineare velit. videmus ac dolemus exedendū eſſe Imperatori Ferdinādo, ac Domui Auſtriacæ, quod intriuit ille ſuis artibus. ni Ferdinandus fuiſſet, iā ante trienniū Pragæ cæſus fuiſſet Cardinalis ille; qui longè alius fuiſſet, ſi nomen ſuum tam bonum, quam magnum huic ætati, & poſterę voluiſſet tradere; Quæ ſimultates Archiduci Maximiliano, inclytę memorię, ac quib. de cauſis fuerint, cū illo Cleſelio Epiſcopo & Cardinale, nimis prolixū ſit enarrare. & Deus, optimum Archiducem illum, ad ſe euocauit, ne videret hæc tēpora, in quæ reſeruati ſumus, & ne audiret Bohemiſmos, ac Palatiniſmos illos, quibus [illegible]les nō audiuit ętas alia; quod cōfidenter dix[illegible]n. Porrò, crimini vertitur Ferdinando, (vt multa mēdacia decumana, quia curſim dicēdū eſt, id eſt, Bohemica trāſiliā;) *Quod, in Morauia, Comitÿs cōtra Regnū Boemiæ agitatis, ipſe præfuerit: q̄ cōiunctionē Morauicarū copiarū cū Cæſarianis, & trāſitum per Morauiā vrſerit;* &c. Vtinā tātum potuiſſet Ferdinād⁹, viuo Cæſare Mat. quātū ſciuit expedire ſaluti Reip. iādudū potiretur Rep. Bohemorū florētiſſima, quę nūc eſt deſperatiſſima; habe-

haberetq; illos patriæ ac ſui, id eſt virtutum amantiſſimos, quos perduelles experitur infeſtiſſimos. Exercitum illum qui bello Foro-Julienſi contra Venetos militauerat, copijs Cæſarianis addidit? hoc fecit, quod Filium ab Imperatore adoptatum decuit. Comitijs Morauicis Ferdinandus præfuit? iuſſu Imperatoris Parẽtis & Patruelis ſui fecit. coniunctionẽ copiarũ Morauicarũ cũ Cæſarianis, & trãſitum per Morauiam vrſit? auxilium Cæſari laboranti tulit, & hoc egit, quod Succeſſor debuit, ne quid Regnum, in quo iam Rex deſignatus ac coronatus erat, detrimenti caperet; ſed illud ſumma ope cõſeruaret. At hoc ipſo nõ magis ſe Regni Bohemiæ faſcibus immiſcuit, quàm vel Belgarum Princeps Archidux Albertus, vel Dux Hetruriæ, qui opem ſimul Imperatori, iſta occaſione tulerunt. Quod de belli calamitatibus exaggerant porrò Boiemi, quæ poſt mortem Imperatoris Matthiæ, contigerunt; non tam feras dico, quam malitioſas imò crocodilinas perduellium lamẽtationes, in ijs lugendis, quæ vitio atq; contumacia ſua cõtigerunt. Quis gubern..orem nauis audiat, qui in ipſa tempeſtate, ..a ipſi nullo negocio fugere licuit, cõſurgat demũ, & in ipſo naufragio fortunã incuſet? multas querimonias mouẽt Bohemi, de bellicis incendijs: at cur flãmã nõ dico ſuſcitarũt. ſed cũ leuiſſimè potuerũt, nõ reſtinxerũt? voluit Ferdinandus omnẽ à Bohemis auerſã cladẽ: ipſos inuitos ac prorſus nolentes ſeruare non potuit. quare illud damni, quo dedit genus hominũ ferro atq; inopia exercitatũ, cui nihil fortuna reliquũ fecit præter animũ minima ſpe prędæ vena-

venalem, ſibi imputent; illudque ſecum cogitent, irritate neceſſitatis morſus non niſi graues eſſe potuiſſe; grauiores tamen futuros, ſi altera nunc Imperatori inijciatur neceſſitas ab ipſorum perduellium contumacia.

Catapultas ac baliſtas conuiciorum eiaculātur, in ciues optimos, & viros illuſtri ſtemmate, quos perfidos vocant Patrię proditores &c. Debacchantur in Imperatorem, quod illos Reipublicæ gerendæ deſtinarit, quos ipſi proſcriptos dicunt, quod euertere libertatem, & Regni Priuilegia, conati ſint. at qui inquam proſcripſerunt? perduelles Bohemi. Eò nunc calamitatis redijt res Bohemica, vt Melij, Gracchi, Manlij, Druſi, Saturnini, Catilinæ, Lentuli, Cethegi, Statilij Gabinij, Ceparij proſcribant Camillos, Decios, Cicerones, Metellos, Fabios, Murenas, Valerios, Pronptinios, Cornificios, Craſſos, Sillanos.

Denique ſumma contentione volunt, Ferdinandum excidiſſe omni iure Regni Bohemici, propter pacta cum Rege Hiſpaniarum inita, hac lege, *vt quando omnes Ferdinandi per lineam rectam maſculinam non interrupta maſculorum ſerie deſcendentes maſculos decedere contingeret; tunc in Regno Bohemiæ & ei annexis Prouincijs Rex Hiſpaniarum cum hæredibus & poſteris ſuis ſuccedant.* Addūt quod Ferdinādus poſt inita illa pacta, ſtilū mutauerit prædeceſſorū ſuorū, & ſua Regna, Hūgaricū ac Bohemicū, hæreditaria ſcripſerit. Reſpōdemus primò: hāc cauſā, à Bohemis, mala fide inter cauſas rebellionis referri: quia nihil cōſtitit de his pactis, cū rebellionem mouerūt; fatentur enim illa pacta *nunc ſingulari virgula*

virgula diuina eſſe manifeſtata. Secundo, dubitari poteſt, an Pacta illa fuerint occultata, cũ tamen Ferdinandus poſt illa pacta, vt aiunt Bohemi, titulum ſuum mutauerit. Nam ſi Ferdinãdus occulta voluit eſſe pacta ſua cum Hiſpano, etiam occultandus ei fuerit titulus ille. Tertiò, planè liquet, quod Ferdinandus iniquè à Bohemis accuſetur, illorum pactorum nomine; quia Rex Hiſpaniarũ, vt ipſi Bohemi hîc ponũt, non voluit ius illud hæreditariũ, quod habere ſe cõtendit in Regno Hũgariæ ac Bohemiæ, Ferdinando cedere, niſi hac cõditione; vt deficiente Ferdinãdi maſcula progenie, in linea deſcendenti, viciſſim Rex Hiſpaniarũ cum hæredibus ac poſteris ſuis, in vtroq; Regno ſuccederet. Quare nihil eſt, quod Bohemi Ferdinãdũ accuſent; vt illũ, qui liberam electionẽ Bohemorũ, ſi quã habent, abolere voluerit. Multoq; minus culpari poterit iure Ferdinandus, quod Hiſpani voluerit agere vicariũ, donec tãdẽ Regnũ illud, cũ Prouincijs illi inſitis, ſeruituti & iugo Hiſpanico ſubmitteret. Nam hoc ſatis in aperto eſt, quod; ab exceſſu Rudolphi II. domus Auſtriaca, ne quid ei de priſca vel authoritate vel potẽtia decederet, vnũ aliquem è familia tot Imperatorũ genitrice, ſibi promouendũ deſignauerit; qui in imperio Germanico ſuccederet. Ad quod, vt viã ſibi ſterneret, auſpiciũ ſibi ducendũ iudicauit à Coronis Bohemiæ & Hũgariæ. Cũ autẽ hoc impedimẽti daret Hiſpanus, vt nollet iuri illi renũciare, quod ſibi eſſe exiſtimabat in Regnis Bohemiæ & Hungariæ, niſi viciſſim de aliqua Prouincia ſua Germani Auſtriaci decederent, tandem coiuit illa tranſactio fortaſſis, quam Bohemi

dicunt. vnde manifeſtum, eſt nullam hic culpã eſſe in Ferdinando, quod ad illam conuentionem; cui ille cauſſam nullam dedit. Porrò ſi pactio eſt de re, quę præſtari non poteſt, eius nulla eſt obligatio. *l. ea quæ. ff: de reg. iur.* cum illa quæ datu ſunt impoſſibilia, pro non adiectis habeantur. *l. verum eſt de Reg. iur. & l. in bello. §. facta ff. de capt.* Nec magis illa conuentio inter Hiſpanum & Ferdinandũ, inita, Bohemos obligabit, quam Franciſci Regis Francorum, quam pepigit cum Carolo Quinto, obligauit Regnum Franciæ, quod pactionem illam, de alienandis à Corona nonnullis Prouincijs, pronũciauit inutilem, & irritam. Quod ſi legitima fuit pactio, & domini vtrimq; fuerunt ad contrahendum idonei, nec prohibiti natura, homine, lege, moribus; non efficient Bohemi vt pactum eo ſit, irritum, quia per illud Hiſpanus pedem in Imperio, vt aiunt, poneret. & Carolus V. Rex Hiſpaniarum, Imperator Germanorum, & Ferdinãdus frater Infans, vt vocãt, Hiſpaniarũ, Rex Bohemiæ & Elector Imperij fuerit, & ex Electore Imperator itidẽ Germanorũ factus ſit.

Quod aiunt Status, *impoſſibile ſibi eſſe, cũ Ferdinãdo in tractationẽ vlteriorẽ deſcendere, quia ſui ipſius non ſit potens, & pacẽ in ore, bellũ autem & cædes in corde & manu gerat*; dicimus impia illa ſtili procacitate nõ elui perduellionis crimen. Imò verò, non iniquo animo, iſta maledicta coniuratorũ patimur; quia ſcimus illos nõ iudicio, ſed animi morbo talibus armis calumniæ debacchari. Mala quę ex Ferdinandi admiſſione ſequerentur, quinque recenſent. *Primò inquiunt, dicta Pacta Hiſpanica eo confirmarentur, & ſtatus libera*

libera Electione fraudarentur. Secundò, Nullam ſibi Status, cum in Politicis, tum Eccleſiaſticis, ſub tali Rege polliceri poſſent ſecuritatem. Tertiò, cogerentur dubio omni procul, non tantum ſuo, ſed etiam hoſtili exercitui, qui hactenus in ipſos cognatos ipſorum adeò tyrannicè ſæuijt, ſoluere ſtipendia, cum eo ſe coniungere, & vel aduerſus amicos ſuos, & domeſticos fidei, expeditionem inſtituere. Quartò, Præberetur anſa hoſtibus blaſphemandi nomen Domini, & exclamandi, vbi eſt Deus ipſorum? Quintò; Cæteri Chriſtiani Euangelici Principes, Statibus omnia auxilia ſubducerent, quamprimum olfacerent, cum Archiduce Ferdinando, & alijs hoſtibus, ipſos in vllam tractationem deſcendere.

Ad primum, repetimus, illa, quæ hic mouentur à Bohemis, non poſſe crimen rebellionis eleuare: quia pactiones iſtæ Bohemos latuerunt: nec etiam inter cauſas motorum armorum recenſuerunt; quod feciſſent, ſi de illis aliquid tum ſciuiſſent. Tum verò affirmamus; nõ magis Ferdinandi admiſſione confirmanda fore pacta Hiſpanica, quàm, Franciſci Galliarum Regis receptione, cõuentio illa fuit confirmata, quã ipſe Rex cũ Carolo V. iniuerat. Imò verò vel exigua aliqua proteſtatione caueri poſſet, ne fraudi eſſet illa Regis Hiſpani ac Ferdinandi conuentio, ſiue vlla in re ipſi Regno aut liberæ electioni præiudicaret; vt res, inter alios geſta, quæ ipſo iure ac facto nulla ſit. Ad ſecundum dicimus; nullam prorſus cauſam à Statibus dari vel excogitari poſſe idoneam, cur ſibi nequeant polliceri ſecuritatem à Ferdinando; qui in dictis ac factis ſemper fuit cõſtantiſſimus. Deſinant vti procacitatis morbo Bohemi:

mi: non probabunt, quod Ferdinandus vnquã feſellerit fidẽaut ſacramentum ſuũ. Deſinant optimum Principem lingua inſectari peſſima. deſinant illũ moribus ſuis æſtimare.

Ad tertium dicimus: iure Bohemi tenerentur Imperatori, ſuo Regi ac Domino impenſas belli, ac ſumptus refundere neceſſarios, quos fecit. Quod ſi legibus illis, poterunt redire cum illo in gratiam, vt non teneantur ſtipendia ſoluere militi Cæſariano, quod felix fauſtumq́; eſto equidem. ſed quod addunt, *cogendos ſe, vt cum exercitu Cæſariano ſe coniungerent, & aduerſus amicos ac domeſticos fidei expeditionem inſtituerent*, illud longè eſt futiliſſimũ. Bellum Ferdinandus non infert, ſed illatum profligat. contra Chriſtiani nominis hoſtẽ bellum geſſit, ſed neceſſarium. publicas fortunas à barbara direptione ſubtraxit; templa ac penates à nefarijs ignibus eripuit; vitam ciuium, ac libertatem à ſeruitute ſubtraxit. Contra Venetos bellum geſſit, itidem neceſſarium. Contra perduelles Bohemos, omnesq́; qui cauſæ illorum nefariæ, vel apertè vel clam patrocinantur, bellum gerit, æquè neceſſarium. pacem æquam tamen ſibi quouis bello gratiorem eſſe nõ ſemel proteſtatus eſt. Ad quartum dicimus; Si Bohemi cũ Ferdinando ſeſe reconciliarent, minimè exclamaturos Chriſtianos, *vbi eſt Deus Bohemorum?* ſed cõgratulatũ venturos, ob ſalutem Regni reſtabilitam. Nunc autem, quia nolunt optimis monitis hactenus ad ſanam mentem reduci, & pergunt rebellionis ſcelus alijs flagitijs alere, merito exclamant Catholici, vbi eſt conſcientia Bohemorum? Ad quintum di-

cimus, Neſcire nos, quid nonnulli Proteſtantium facturi ſint, ſi Bohemi ſe Ferdinando reconciliarint. Illud ſcimus Catholici, in ordine Proteſtantium non paucos eſſe, qui nec tulerunt Bohemis auxilium, nec laturi ſunt. Imò ſperamus breui fore, ni reſipiſcant perduelles, vt non exigui nominis Proteſtantes, arma, pro Ferdinando Imperatore ac Domino ſuo, ſumpturi, belloque iuſto Bohemos, cum ſuis complicibus Caluinianis, perſecuturi ſint.

Atque hæc illa ſunt, quæ carptim curſimq; cenſui reponenda impuriſſimo neſcio cui Bohemo - Palatino Cauſidico: nomen meum editurus, cum ille ſuum profitebitur. quæ verò nunc *ſpacÿs excluſus iniquis* calamo præpropero attigi tantũ, illa, vbi opus erit, diducam diffundãq; vberius. Interea ſi ad ſanitatẽ reduci

Pſal. 82 poſſunt aut volunt perduelles Bohemi; *Imple facies eorũ ignominia, & quærent nomen tuum, Domine.* ſin autẽ deploratæ ſpei & inſanabiles; *Erubeſcant & conturbentur in ſecul'ũ ſeculi: & cõfundãtur & pereant. Deus meus pone illos vt rotã, & ſicut ſtipulã ante faciẽ venti. Sicut ignis qui cumburit ſiluam, & ſicut flamma comburens montes: ita perſequeris illos in tempeſtate tua, & in ira tua turbabis eos.*

SACRAE

SACRAE CAESARIAE ET HVNGARIAE Bohemiæq; Regiæ Maieſt. Edictalis Caſſatio & Annullatio Cum annexa Reſeruatione contra prætenſam, de facto vſurpatam & Ipſo Iure nullam electionem & Coronationem in Regno Bohemiæ.

FErdinãdus ſecũdus, diuina fauẽte clemẽtia Electus Romanorũ Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hũgariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ Croatiæ Sclauoniæ &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ & VVirtebergæ, &c. Comes Tyrolis, &c. Sereniſſimis Regib⁹, fratribus, & Cõſanguineis noſtris chariſſimis, Salutẽ & mutui fraterni, amoris ac proſperrimorũ ſucceſſuũ cõtinuũ incremẽtũ, nec nõ vniuerſis & ſingulis Principib⁹ tã Eccleſiaſticis quã ſecularib⁹, Electoribus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducib⁹ Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militib⁹ Nobilib⁹ Cliẽtibus Capitaneis, Locũtenẽtibus, Gubernatorib⁹ Viceregentibus, Caſtellanis, Rectoribus, Magiſtratibus Antianis, Vexilliferis, Poteſtatibus, Burgimagiſtris, Cõſulib. nec nõ Vrbiũ, locorũ, terrarũ & Cõmunitatũ Officialibus ac cęteris quibuſcũq; Sacri Romani Imperi Regnorũq; & Dominorũ noſtrorũ hęreditariorum ſubditis & fidelib⁹ dilectis, beneuolẽtiã & gratiã noſtram Cæſaream ac omne bonum. Etſi nobis dubium non eſt, quin fama publica omnibus paſſim intra & extra Sacri Romani Imperij fines conſtitutis ſat ſuperque innotuerit, quam miſeranda clades atque vaſtitas Regnum noſtrum Bohemiæ, nobile, Romani Imperij membrum, & primarium inter ſæculares

Electoratum, eoque ſpectantes prouincias, & alias vicinas ditiones noſtras hæreditarias inuoluerit; & excitata belli neceſſitas quantopere cum vniuerſali patriæ excidio innoxios ſubditos noſtros in extremas miſerias precipitarit, operæ tamen pretium duximus funeſtæ huius tragediæ originem, cauſas, ſucceſſus, eo potiſſimum fine ſcripto complecti, vt vanis & calumnioſis maleuolorum prætextibus diſſipatis, nuda veritas omni ſuſpicionũ næuo purgata, manifeſtior fiat. Primus itaq; deplorande huius Rebellionis, vnde velut aggere rupto, malorum ſe torrens in patriam effudit, fons (quod quidem ad illud tempus attinet, quo calamitas hęc ſe primum in publicum efferre cepit) is fuit, cum regnante adhuc aug. mem. Romanorum Imperatore Hungariæ atque Bohemiæ Rege Matthia Domino patruele, & patre noſtro obſeruandiſſimo, nonnulli è Statibus Bohemicis ſub aſſerto prætextu grauaminum, quibus Religionis priuilegia, & Diploma, quod vocant Maieſtale, labefactari prætendebant, tumultuabundi in Arcem & Cancellariam Regiam, magno numero concurrerunt, in viros primarios, Maieſtatis atque Dilectionis Suæ abſentis Locum tenentes & Regni Officiales alioſque miniſtros violentas manus iniecerunt, ipſoſque nec auditos, nec defenſos barbaro, & in omnem poſteritatem infami exemplo è feneſtris altiſſimis præcipitarunt; inde, vt peſſimè cępta deſperatè tuerentur, ad arma primi conuolarunt, dictos ſemianimes & reliquos Locumtenentes & Regni Officiales, nullo Regis Dominique abſentis

ſentis, à quo conſtituti fuerant, reſpectu, officijs atque muneribus ſuis deſtituerunt, Regni Regalia, quæ aliâs ab omni æuo ſacroſancta habita, occuparunt, totamque Reipublicæ faciem in nouam Regiminis, cuius Gubernio Directores (quod ſibi ipſis nomen tribuêre) admoti, ſpeciem transformarunt, adeoque modum & fines Religionis defendendæ, (ſi qua illis Defenſio vigore Diplomatis Maieſtalis competeret, cum tamen hoc loci Religionis cauſam agi, ne in ſpeciem quidem probari poſſit) vſque adeo grauiter, & enormiter exceſſerunt, vt hinc facilè vnicuique conſtare queat; temerarias & flagitioſas id genus machinationes ſubditorum aduerſus legitimum Regis magiſtratum, quantumuis Religionis laruâ velentur, non alio quam Seditionis, Rebellionis, atque Perduellionis nomine indigetari vel poſſe vel debere. Et hoc quidem loci diſcutere ſuperſedemus, quo rationis fundamento aſſerta, & Bohemicis Apologijs nomine vnius partis (qui Sub Vtraque dici volunt) Statuum Regni Bohemiæ editis, ſparſim comprehenſa grauamina nitantur; vel quatenus prætenſæ priuatorum offenſæ in ſupremi Magiſtratus odium vel præiudicium redundare poſſint; Neque enim noſtri inſtituti eſt, ſi quæ fortaſſe noxa, ante Regni gubernacula ad nos deuoluta, præter omnem culpam noſtram (eoque minus nobis imputanda) commiſſa foret, eam operosè vel diluere vel excuſare. Benignè autem confidimus vnumquenque Reipublicæ bonum ciuem, pacis cupidum, æqui rectique amantem qui ſuc-

ceſſus hactenus continuatos & Informationes typis excuſas, ſyncero nulloque ſiniſtro affectu præoccupato iudicio metitus fuerit, facilè perſpecturum, prætenſis grauaminibus (vt vt illa ſe habeant) ex præſcripto iuris diuini & humani alijs rationibus magis oportunis, & minus turbulentis modum adhiberi potuiſſe, neque propterea extremam patriæ perniciem accerſere, & legitimo Magiſtratui, vt armis arma compeſcat, & gladium à Deo ſibi concreditum in rebellium vindictam ſtringat, velut extorquere neceſſum fuiſſe. Etenim ſi obortæ ex Religionis priuilegio cõtrouerſiæ, eâ ipsâ quã Diploma præſcribit, ratione & modo, nempe per arbitros nõ ſuſpectos ex vtriuſq; Religionis Ordinibus deputandos componi vel ſopiri nõ potuiſſent; ſi verum, quod paſſim ſpargunt, & magno niſu perſuadere ſatagunt, aditum illis omnem ad Regis ſui præſentiam vbique præcluſum fuiſſe; quis ambigat quin eo caſu Sacri Romani Imperij Electores & Principes pro eximia ſua prudentia & ſollicitudine, vel vltrò vel ſollicitati, Interceſſionis ſuæ partes pio commiſerationis affectu efficaciter interpoſuiſſent, adeoque extrema, quæ inde deſperationem, hinc neceſſitatem ſecum trahunt, tempeſtiuè præuertiſſent? Poſtquam vero hiſce omnibus neglectis, aſſertis, Directoribus eorumque ſequacibus potius libuit inita coniuratione ſanguinolentâ, vt atroci facinore fidelibus quidem ſubditis metum incuterent, reliquos vero conſenſu extorto in culpæ ſocietatem pellicerent in armis & vi publica

impu-

impunitatis ſuæ ſpem collocare; & ea quæ dudum præmeditati fuerant, tandem ſub communi nomine Statuum effectui mandare; aliter Cæſarea Regiaque Maieſtas atque Dil. ſua facere non potuit, cum nullum paternis atque benignis admonitionibus ſuis, nullum pœnitentiæ apud refractarios locum ſupereſſe, ſed contagionem hanc indies latius ſerpere, & in vicinas quoque prouincias virus atque vires ſuas egerere animaduerteret, quàm vt in ea quæ ſupremæ auctoritati atque iuriſdictioni ſuæ Regiæ plus nimiò violatæ manu militari tutandæ opportuna forent, ſollicitè proſpiceret; Antequam tamen hunc apparatum in neruum belli erumpere pateretur, calamitoſam ſubditorum ſortem paternè miſerata, denuò quas potuit, ſedandæ tempeſtatis exortæ rationes iniuit, totumque negotium ex æquo componendum, primariorum Sacri Romani Imperij Electorum & Principum Interpoſitioni permiſit: quæ vti facilem atque expeditum ſucceſſum ſortiretur, ſimulque Arma confeſtim deponerentur, (cui variæ difficultates remoram iniecerunt) ſua quidem ex parte operæ vel diligentiæ nihil intermiſit. Ad hanc Interpoſitionem quàm tepida aut frigida Bohemorum deſideria concurrerint, & quam intempeſtiuis conditionibus negotium inuoluerint Articuli & Informationes typis vulgatæ luculenter teſtantur. Interim Cæſare vitâ functo, Regnoque Bohemiæ vnà cum Prouincijs coniunctis vigore Coronationis noſtræ Regiæ, & homagij à Statibus & Ordinibus ſolenniter nobis præſtiti, legitimè plenoque iure

ad Nos deuoluto, ſubitò curas & cogitationes noſtras eò potiſſimum extẽdimus, quibus medijs Regnum ſeſquiãnali ſeditione ſatſſuperq; attritum& conquaſſatum ſub nouis Regiminis noſtri auſpicijs in priſtinum aliquando nitorem veluti poſtliminiò refloreſcere poſſet, eũque in finem, omnium Regni Priuilegorum Confirmationem (quod datis Reuerſalibus promiſeramus) intra quatuor hebdomadas ad manus ſupremi Burggrauij, miſſuros, omnemque operam Nos adhibituros polliciti ſumus, vt alma pax& trãquillitas publica reſtitueretur, i' cuilibet ex æquo adminiſtraretur, ſimultates tollerentur, & grauaminibus debito decenteq; modo modus adhiberetur. Quã beneuolã oblationem, cũ nè reſponſo quidẽ ſubditi noſtri dignati eſſent, nihilominùs dictæ Cõfirmationis Diplomaſiuxta tenorem illius, quod à Diuo quondã Imperatore ac Rege Matthia obtinuerant, totidem omninò verbis, clauſulis & articulis ſolenniter expeditũ, & maioris ſecuritatis ergò Duplicatum Pragam ad manus ſupremi Burggrauij per proprium Curſorem tranſmiſimus, idque per literas noſtras peculiares Incolis ex Baronum, Equeſtri & Ciuico ordine Pragæ congregatis perſcripſimus. Vnde cùm aliud nobis perſuadere non poſſemus quàm illos viciſſim armis ſepoſitis, pacis ſtudia amplexuros, & præclarum tranquillitatis publicæ deſiderium, oblata hac occaſione, debitis obedientiæ officijs, legitimè proclamato, vncto, atq; coronato Regi ſuo conteſtaturos, quantopere ſpem noſtram ſefellerint, ſubſequens rerum ſucceſſus, edocuit, videlicet, Regio

Con-

Confirmatorum Priuilegiorum Diplomate noſtro non acceptato: Inducijs atque armorum ſuſpenſione, quā noſtra ex parte iam tùm publicari iuſſeram⁹, temere repudiata. Literis noſtris ſpretis, nulloq; ad eas reſponſo dato, quibus vt aliquos è ſuis tractandi & cōferendi cauſa ſub fide & commeatu noſtro Regio ad Nos deſtinarent, paternè leniterque requirebantur. Quin potius vniuerſis toto Regno viribus excitis: nouo indies milite luſtrato; Morauiæ Statibus ad defectionis ſocietatē inductis, & eiuſdem Marchionatus copijs cum pedeſtribus, tū equeſtribus in partes ſuas perfidiosè traductis: Ciuitate Brunenſi de repentè occupata; Prouinciæ Capitaneo alijſque Officialibus indignè habitis & arreſtatis; Metropoli Olomutio, manu violenta in poteſtatem redacta; Magiſtratu ibidem Ciuico exauctorato; Religionis Exercitio in æde Metropolitana abolito; Eccleſiaſticis faceſſere iuſſis; eorundem bonis direptis, vtriuſq; ſexus Religioſis ad eieranda vota monaſtica ſollicitatis; viris proceribus ob fidē Deo Regique ſeruatam, & quod auſus illorū nefarios, calculo ſuo approbare recuſarent, tanquā patriæ proditoribus patria proſcriptis. Neque hic audacia illorum ſubſtitit, ſed vtra Morauiæ fines pleno ſe impetu in Auſtriam quoq; effudit, cuius vrbem limitaneam Laa, hoſtili obſidione cingere, traiectoque Danubio Viennam Archiducatus Metropolim, vbi tum Regia ſedes erat, appropinquare, & Sclopetis in Arcem emiſſis fœdam poſteritati memoriā relinquere, haudquaquam veriti fuerunt; cuius conſilij quæ intentio fuerit, alijs penſitandum relinquimus.

quimus. Accedit quod Francofurti in Comitijs
Electoralibꝰ, nouo Romanorũ Regi creãdo, in-
dictis, Nobiſq; tãquã indubitato Rege Bohe-
miæ & Imperij Septẽuiro, ex Aureæ Bullæ præ-
ſcripto iſtuc legitimè citatis, per ablegatos ſu-
os quæſtionem ſtatus impudenter mouere,
ſcriptiſque contumelioſis Voti atq; Seſſionis
prærogatiuam (quantum quidem in ipſis erat)
abrogare non reformidârint: Præter aſſenſum
& expreſſam volũtatẽ noſtram, cũ ſubditis no-
ſtris hęreditarijs in fędas fęderis pactiones cõ-
ſpirârint: & eo potiſſimum tempore, cum Dei
benignitas & vnanimis Principum Electorũ cõ-
ſenſus ad ſupremum Maieſtatis Imp: faſtigium
Nos euexiſſet, nefando & à multis ſeculis in-
audito ſceleris & perfidiæ exemplo, ad quod
ſera etiam poſteritas erubeſcet, pręſtitam iuris-
iurandi religionem ſuſq; deque habentes Regiã
noſtram (vt illi perperam indigetant) Electi-
onem publicè caſſare, & contra expreſſa Regni
Priuilegia, Sacrique Romani Imperij iura, Re-
gium Diadema nulliter & de facto in alienam
familiam transferre auſi fuerint. Quàm turbu-
lenta porro apud Hungarorum nonnullos
conſilia miſcuerint, eoſque in ſocietatem bel-
li ciuilis euocarint, & Tranſyluaniæ Principem
Bethlehem Gabor, qui ſe Turcæ vaſallum pro-
fitetur, ad occupandam Caſſouiam totamque
Hungariam ſuperiorem, varijs artificijs adiu-
uerint, notiùs eſt quàm vt prolixa commemo-
ratione indigeat, cuius copijs coniuncti, iterũ
traiectio Poſonij per pontem naualem Danu-
bio in Auſtriam populabundi irrruerunt, om-
nemque regionem vſque ad ipſa Ciuitatis Vi-

ennenſis

eunenſis męnia ferro, flamma, cœdibus atque rapinis miſerandum in modum deuaſtarunt, adeoq́ue Sacri Romani Imperij propugnaculũ, cuius conſeruatio hactenus Inclytæ Nationi Germanicę, maximo heroicè profuſi ſanguinis impendio conſtitit, extremo diſcrimini obiecerunt, &, vt ſummatim omnia dicantur nihil eorum, quæ in hoſtem hoſtis iuratus machinari poſſet, ipſi contra agnitum & acceptatum Regem atque Magiſtratum ſuum legitimum nulla vnquam offenſa irritati vel laceſſiti intermiſerunt. Et horum quidem enormium flagitiorum noxam cum dicti Defenſores eorũq; aſſeclæ, citra nouas casq́ue atrociſſimas Cæſareæ atque Regiæ Maieſt. noſtræ iniurias, à ſe amoliri nõ poſſent, ad cõmenta, & futiles calũnias dilapſi quibus apud ſui ſimiles cauſam iniuſtiſſimã ſcelere eximeret, Acceptationẽ Proclamationẽ & Inaugurationẽ noſtrã Regiã, & ſi fruſtra, vellicandã cenſuerunt; quaſi Reuerſales noſtras Regias (quod dictu fœdũ) violaſſem', & in pactaRegno noſtro per quã prępudicialia deſcẽdiſſemus, quas aliaſq; id genus diffamationes prolixè confutare non eſt huius loci neq; tẽporis. Quæ inconſulta cepta ad eam impudentiam actores ſuos abripuerũt, vt, fundamentales Regni patrij leges, videlicet Caroli Quarti Bullam auream, Regis VVladislai ſanctionẽ, Imperatoris Ferdinandi vltimas Reuerſales, publicas Regni Cõſtitutiones & articulos Anno 1547. à Statibus & Ordinibus iuramento roboratos, morem priſcum ab octo ſæculis continuatum & religiosè ſeruatũ, quippè cum à primo Duce Primislao in hæc

vſque

vſque tempora nemo vnus ad Regni huius Diadema ſit admiſſus (præter Regem Rudolphũ pactis hæreditarijs ſubnixum, & Georgium Podiebratium) cui non Regia vel paterni vel materni ſanguinis propago, vel inita cum Regum filiabus matrimonia Regnum contulerint, conuellere, decorum iudicent, Bullam Carolinam eique inſertam Priuilegij Imperatoris Friderici ſecundi Declarationem, nũc tandem poſt annos ducentos ſeptuaginta duos, cauilloſis diſputationibus inuoluant, optimumque Cæſarem & Regem, quem ob præclara in hoc Regnum merita honorifico PATRIS & FVNDATORIS elogio ingratis poſteris longè gratior venerata eſt antiquitas, ſcriptis in publicum editis iniuriosè perſtringant, ac ſi in Declaratione illa non bonâ fide verſatus, & Aureæ Bullæ tenorem prætergreſſus, maiorem poſteritatis ſuæ quam Regni Priuilegiorum rationem habuiſſet, atque ipſa Priuilegia deprauâſſet; cum tamen dicta Declaratio ſcientibus & conſentientibus Sacri Rom: Imper: Electoribus conceſſa, & à Regni Ordinibus acceptata, Bullam Auream Norinbergæ rogatam non modò anteceſſerit, verùm etiam in eàdem præter alia expreſſe, reſeruata & confirmata fuerit. Quæ cum ita ſint, nulla Nobis ratione perſuadere potuimus, virum aliquem probum, cordatum, æqui amantem, ſanguine Germanico oriundũ, præſertim Principẽ inuentũ iri, qui cũ ipſemet ſubditos, à quibus in ordinem redigi nolit, Dei, Sacrique Romani Imperij beneficio Regimini ſuo commiſſos habeat, tàm inſolen-

tem

tem alienorum ſubditorum rebellionem approbandam, fouendam atque patrocinio ſuo defendendam ſuſciperet, nedum re nondum cognita Noſtriſque & Auguſtæ Domus noſtrę iuribus non perſpectis, in vim violentæ & ſeditioſæ illius Electionis, ipſo iure irritæ, Regni ſe noſtri negotijs immiſcere præſumeret: haud quaquàm tamen etiam hac in parte ſubditis noſtris Rebellibus non reſpondit euentus, inuentuſque eſt, qui ferè præter omnium ſpem, neglectis ſaluberrimis diuerſorum Sacri Romani Imperij Electorum & Principum conſilijs, Coronæ noſtræ Regiæ verticem ſuum ſubmitteret: vnde facilè colligere eſt hunc vnicum ſcopum fuiſſe, in quem Directores iam tum ab initio, actionum & conſiliorum ſuorum rationes contulerint. Et quidem (de inhabilitate Eligentium, qui ſuffragij ſibi ius vſurparunt, totiuſque Electionis nullitate ne quid hoc loci commemoretur) abſque præuiâ deductione aſſerti ipſorum Iuris, Citra relaxationem præſtiti iuriſiurandi, cuius religione etiamnum Nobis obſtringuntur (quæ omnia rebelles noſtros ſubditos concernunt) cecur alius nullâ vnquam vel leuiſſimâ à Nobis offensâ irritatus, quin potius omni beneuolentiæ affectu deuinctus Regni noſtri hæreditarij adminiſtrationi ſeſe ingerere, quo prætexu ſubditos noſtros nouo homagij ſacramento obligare, & Nos contra Iura, Conſtitutiones, Pacem Imperij publicam perniciosiſſimo vniuerſis Regibus exemplo, quod ipſi quoque Turcæ & Tartari deteſtentur, Prouincijs noſtris deſtituere pręſumat? Quî de

his

his omnibus ſupremo Regum omnium Regi & Iudicum Iudici, ſuo tempore rationem redditurus ſit, viderint ij qui intempeſtiuis conſilijs & vana ambitione præcipites antequam æqui & honeſti rationes expenderent, tam graui ſe culpæ obnoxios reddiderunt, quo nomine vltricem præpotentis Dei manum non effugient; viderint, quî vniuerſo Orbi Chriſtiano, ſeræ poſteritati, potiſſimùm verò Sacro Rom. Imper. vnde Regno huic annexa ſublimis Electoratus dignitas & Archipincernæ Officiū clientelæ iure dependet, actiones ſuas probaturi ſint, quippe cum omnes Imperij Electores, Principes, & Ordines, atque inter eos ipſemet quoque Elector Palatinus Nos pro legitimè publicato, Coronato & inueſtito Rege Bohemiæ agnouerit, eoque reſpectu, in deligendo Rom. Rege ad Ius ſuffragij admiſerit, ad amicabilem Interpoſitionis tractatum iam tum ab initio operam ſuam obtulerit, eamque ſucceſſione ad Nos deuoluta continuârit, & nō ita pridem Francofurti dum tranquillitatis publicæ cauſa eundem tractatum reaſſumi Principum Electorum Collegio placuiſſet, litteras denunciatorias ea de cauſa Nobis inſcriptas, ſuo quoque aſſenſu per legatum firmari & expediri fecerit. Ne quod tamen porrò Nobis ritè & Solenniter inaugurato Bohemię Regi inualida iſthæc & omni ex parte vitioſa Electio quocunque tandem modo vel tempore præiudicium pariat, & vt palam mentis noſtræ ſenſum plenius conteſtemur; in primis omnia & ſingula contra Nos & Auguſtam Domum noſtram de facto attentata; nominatim verò

præ-

prætenſam & vſurpatam illam Electionem & Coronationem, eiuſque vigore ſubſecutam Regni noſtri & Ditionum eidem incorporatarum iniurioſam occupationẽ formâ & modo quo debemus meliore contradicimus, nec non authoritate noſtra CæſareaRegiaque caſſamus, eaque omnia nulla, irrita atque inualida declaramus. E contrario quæcunq; iuris & facti, nec non armorũ oportuna remedia vnà cũ mulctis & pœnis, iure ciuili, feudali, Sacriq; Rom. Imperij & Regni noſtri BohemiæConſtitutionibus ſancitis, Nobis & Sereniſſimæ Domui noſtræ per expreſſum reſeruantes, ſimulque corã Deo immortali qui cordis intima ſcrutatur, & vniuerſo, quà patet, Orbe omniq; poſteritate religioſè teſtamur, quẽadmodũ nihil hactenus magis nobis curæ & cordi fuit, quã vt afflictis Prouincijs quies & oppreſſis ſubditis noſtris tranquillitas & ſecuritas priſtina redeat, eaque quæ per vim, iniuriam, atque rebellionem Nobis ſint adempta, recuperemus, adeoq; violatã ſupremã Cæſareæ, Regiæque Maieſtatis noſtrę auctoritatem vindicemus, ita magno commiſerationis affectu ad animum reuocamus cladẽ, vaſtitatem, excidium, cędes, lanienas, direptiones, incendia, & quidquid malorum luctuoſa belli inteſtini neceſſitas quã paucorum rebellium libido ſpecioſo Religionis amictu palliata excîuit, miſeris atque exhauſtis ſubditis noſtris porrò parturiet, quorũ omnium Nos inſontes, qui Reuerſalibus noſtris promiſſa plenè adimpleuimus, & Religionis Maieſtatiſq; Priuilegia, violare nunquam in animum induximus, culpam vna cum noxâ in noxia auctorum

capita

capita retorquemus. Non minus grauiter proteſtamur, ſicubi miles noſter contra Iura bellica laxatis diſciplinæ habenis in ſanguinem innocentem, rapinas, depopulationes, ſtupra, adulteria, aliaq; idgenus facinora militari ſe licentia effuderit, ea omnia præter mentē & intentionem, imò contra expreſſas Inhibitiones noſtras patrata magnopere Nobis diſplicere, quod acri in quemcũq; auctorem legitimâ nobis querelâ delatum vel Officialem conniuentē vindictâ conteſtaturi ſimus. Cæterum conſcientiæ atque officio noſtro Regio incumbere agnoſcimus, neq; vllius æqui hac in parte cenſuram veremur, vt Regna, Ditiones, atqueProuincias noſtras contra vniuſcuiuſq; iniurioſam potentiam tueamur; vim vi, arma armis compeſcamus & exortam lateq́ ſparſam rebellionis flammam quocunq; tandem modo reſtinguamus; vt ſubditis per metum & tyrannidem ab obedientia noſtra abſtractis, libertatem quam amiſſam ſuſpirant, priſtinam reſtauremus; quæ Nobis indignè ablata, legitimè recuperemus & Sacroſancti Romani Imperij Noſtra Auguſtæq; Dominus noſtræ Iura, immunitates, dignitatē & auctoritatem dextrâ militari, & proprio ſanguine ad extremam vſque guttam, ſi neceſſum fuerit, vltrò & liberaliter profuſo vindicemus & manuteneamus. Deum Optimum Maximum ſuppliciter veneramur, à cuius nutu omnis poteſtas legitima promanat, eumque cauſæ non tā Noſtræ, quàm Suæ ipſius acerrimum futurum vindicem haud quaquàm ambigimus; omnesque vniuerſi Orbis Chriſtiani, Reges, Princi-

pes

pes & Magiſtratus ad quos diſſimulata vel neglecta ſubditorum perduellio, in pernicioſum facilè exemplum tranſiuerit, peramanter imploramus; præſertim verò Sacri Romani Imperij Electores, Principes & Ordines, quos iſthæc præter fas omne inita Electio non leuiter concernit, benignè clementerque hortamur, monemus atque requirimus, vt omnem Nobis in hoc arduo negotio opem operamque ſuã haud grauatim impendant; Quibus viciſſim amica paris beneuolentiæ officia, Cæſareæ Regiæque Protectionis Noſtræ patrocinium, & conſtantem, eorum quæ de pace Religionis alijſque Sacri Imperij Conſtitutionibus ſalubriter ſunt ſancita, conſeruationem ac tuitionem pollicemur, qui laudatiſſimo Diui quondam Imperatoris (cuius nomen geſtamus, quique Sacrum Romanum Imperium ijſdem penè diſcriminibus agitatum in tuto collocauit) FERDINANDI aui & prædeceſſoris noſtri colendiſſimi exemplo, non aliorſum collimamus, quàm vt ſimultates & peſtifera diffidentiæ ſemina ſtirpitùs vbique euellantur, Sacrumque Romanum Imperium in priſtinum concordiæ, gloriæ, & potentiæ decus, cuius palmã omnibus olim Nationibus præripuit, tandem aliquando poſtliminio feliciter reuireſcat. Et hæc quidem omnia literis hiſce noſtris Patentibus, vniuerſis ac ſingulis notificanda duximus, qui Serenitatibus, Deuotionibus atque Dilectionibus Veſtris, mutuis beneuolentiæ ſtudijs omnibuſque alijs gratiâ noſtrâ Cæſareâ addicti manemus.

M Datum

Digitized by Google

Datum in Ciuitate noſtra Viennæ die decima ſeptima menſis Februarij, Anno Domini milleſimo, ſexcenteſimo, vigeſimo. Regnorum noſtrorum Romani primo, Hungarici ſecundo & Bohemici tertio.

Ad mandatum Sacræ Cæſareæ Maieſtatis proprium.

400-0171

Digitized by Google